

2.7. Progoni na teritoriju Plemenite općine Turopolje (1733 - 1734.)

2.7.1.

Lukavec, 11. ožujka 1734.

Parnica Plemenite općine Turopolje protiv Matije Celića, Margarete Vuk, zvane Mlinar, Barbare Hrelič, Ane Novak, Magdalene Kalopajnka, Helene Mikinke, Barbare Plepelić i Doroteje Cestarić drugačije zvane Vuksanka, optuženih za vještice

Anno Domini 1734. die 11. mensis Martii in arce Lukauecz iurisdictione Campi Turopolya et Comitatu Zagradiensi existente et habita, per me Sigismundum Skerlec, comitem terrestrem, caeterosque (!) eiusdem Campi assessores et coiudices factum est infrascriptum iudicium.

Levata causa seu actio generosi Matthiae Mudich, dictae Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Matthiam Czelich, velut modalitate in infra producenda actione uberius denotatum magum et in causam attractum, nec non Margaretham Klenovecz, Joannis Uuk aliter Mlinar conthoralem, Barbaram Hrelich, Annam Novak, Magdalenam Kallopainkam, Hellenam Mikinkam, Barbaram Plepelich, Dorotheam Czesztarichianam aliter Uukszankam, veluti pariter modalitate in erecta contra easdem actione uberius declaratas sagas et in causam attractas.

Pro actore egregius Josephus Magdich cum nostris, adeoque sufficientibus et iuris et mandatariatus instructus procurator, producit originalia actionum contra eundem magum et sagas errectarum (!) sub litteris A. et B., et pro informatione inclitae Sedis certam inquisitionem sub littera C., nec non provocat se ad plura torturalia examina, elicatasque et morte authenticatas ac contra eundem magum et sagas factas fassiones, quae pariter examina inclitae Sedi exhiberet, ac in conformitate earundem actionum peteret iudicium, iisque erga partem in causam attractam praemitti debuerant, legitime praemissis existentibus.

Pro nobili Matthia Czelich, Annam Jankovich aliter Hudich, Nicolai olim Novak relicta vidua, Barbara Czve[t]kovich, Joannis Plepelich conthorali, Dorothea Narchich, Laurentii Czesztar relicta vidua, Barbara Uagycek, Matthiae Hrelich conthorali, tanquam sollempnissime protestantibus et praetensis in causam attractis, egregius Ladislaus Szale cum nostris, adeoque sufficienti iuridica facultate praemunitus procurator, praemissis de iure praemitti assolitis, reservatisque reservandis, cum generali protestatione de non consentiendo in universa et singula praesentis praetensae causae accessoria et meritoria sicut et praetensa quaequam producta, reservandoque circa universa et singula sua serie, suoque tempore et ubi e re fuerit agenda agendi et pro idemnitae praetensarum in causam attractarum in medium aducenda (!) aducendi (!), omni denique quo meliore modo via, item iure et forma fieri poterunt dedu-

cenda deducendi, proponendoque proponendi et excipienda excipi, interiecta speciali protestatione superinde, quod praemissa praetensa pars in causam attracta contra praerogativam nobilitarem et praescriptum partis primae tituli 9. operis Decreti tripartiti personaliter arrestata haberetur, et cum debita eatenus reserva siquidem praesens praetensa causa in iusticiam (!)actuale incidisset, adeoque ex fundamento articuli 29.-ni 1723.-tii in eadem procedi non posset, et sicut hoc in civilibus quibusvis causis, tanto magis in eiusmodi qualis praetensa esset, quae nimirum suapte natura materiae longe esset delicatioris observandum veniret, quare eatenus ad vires praecitatae legis praetensam causam ex parte principalium suorum condensationi substerni, et hoc deliberative decerni petendo reservat generaliter.

Pro actore protestatur super indictata procuratoris in causam attractarum exceptione, et siquidem praesens causa nomine magistratus publici et ex respectu procurandi boni publici criminaliter promota et suscitata haberetur, delicta autem et scelera signanter tam gravia in hocce Campo valde frequentia puniri non obstante quocumque iuristico (!) et ratio suadeat et leges patriae, -communisque iustitia praecipiat, neque in eiusmodi puniendis delictis talismodi iuristici (!)ratio in ullo foro, minus autem in hocce inclito Campo observari soleret, hinc iuxta laudabilem in administranda iusticia (!)et puniendis sceleratis in hocce Campo observatam praxim et consuetudinem exceptionem procuratoris in causam attractarum reici (!) et in causa ultro procedi petit.

Procurator in causam attractarum legitimae et rationabili instantiae suae defferi petendo reservam.

Deliberatum est:

Ex ratione per procuratorem actoris allegata, tum etiam ex eo, quod allegata per procuratorem in causam attractarum exceptio si eidem deferretur, potius in aggravium in causam attractarum personarum per diuturniores carcerum squallores eisdem, quam in favorem cedere videatur, ideo exceptionem formatam reici et ulterius procedi debere et posse iudicialiter agnosci .

Procurator in causam attractarum protestatione super praemissa deliberatione, respectu cuius reservam interponendo siquidem ipsa mediante stingeretur licet ex ratione allegatae et contra legis tenorem praeactae partis in causam attractae incarcerationis non in aggravium diuturnioris utpote incarcerationis, verum fine solvendi ex fundamento eatenus a se citatae legis et praxis criminalis partis primae, articuli 36., §. primi, indebiti aresti (!), ac ex post conquirendarum uberiorum legitimarum defensarum, prout intentionatus omnino fuisset obtinere hoc ipsum sperasset, interposuisset praemissam suam exceptionem, ut in praesenti praetensa causa deliberatum, adeoque modo praevio compulsus progressum faciat, confisus syncere in praefatae partis in causam attractae integritate et innocentia quoque, et non nisi cum piis et probis conversandi modo adeoque expressa christianae vitae probitate notitia omnium fere actae partis in causam attractae vicinorum contestata, petendo interea praetensorum productorum citra vel minimum in eadem consensum secum communicari, reservat ulterius. Communicantur .Quibus communicatis solemnissime super iisdem protestando praemittit aparere (!) ex iisdem praetensis productis certarum sagarum contra praetactam partem in causam attractam, nonnullas in torturali earundem examine fassiones illegitimas, et suis defectibus prorsus laborantes, vanam quandam, nulloque iure subsistere valentem suppeditasse praesentis praetensi pro-

cessus magistratui ansam; quia vero eiusmodi praetensae fassiones et tanquam iuris infamia etiam commaculatarum personarum ex parte 2. tit. 30. operis Decreti Tripartiti etiam fundamento illegales prorsus et nullae reputarentur, et si per inconcessum aliquid operari possent, non aliud quam pro dictamine usuatae in similibus praxis criminalis partis 2. articuli 60., paragraphi 1., et Jul. Clar. libr. 5. quaest. 21. art. Z., Nro. 4. pag. 522. ad colligendam contra fassas inquisitionem leve dumtaxat aliquod suppedirent indicium, licet ne hoc quidem absque sufficientibus fundamentis contra honestae famae personas (quales praetensae in causam attractae et nobilitari praerogativa gaudentes inquisitionibus sub B. et CC. remonstrantibus essent) fieri praemissa praxis criminalis partis 1. articuli 22. § 6. admitteret, et tanto minus si delictum per infallibilia indicia non deprehenderetur ibidem art. 34. §. 2. cuiusmodi etiam praetensa modo praevio fassio praesentem torturam dumtaxat elicitam praemissae inquisitionis induceret rationem et ansam ibidem art. 23. §3., et quoniam etiam complicis cum denunciatis confrontatis, ubi comode (!) prout in huius substrati praetensi circumstantia fieri potuisset, necessaria ibidem ex articulo 32. -di §. 8. et 35. §. 3., puncti 6. invenirentur; sed et delicta, quae praesumpti neque valerent per duos ad minimum testes exceptione maiores ibidem art. 14. §. 1., et quidem respectu singulorum indiciorum ibidem art. 35. § 9. (eiusmodi etiam indiciorum pluralitas concurrere deberet ibidem §§ 7. et 8. et sine quorum concursu ibidem articulo 33. § 1. et Jul. Clar. lib. 5., quaest. 63. Nro. 9. tortura abstinere innueretur) omnino probanda venirent, absque autem modo praevio etiam sufficienti inquisitione ex attractae praxis part. 2. art. 60. § 3. continentis et ad calcem ad torturam procedi non posse, identidem erueretur, quibus ita praemissis rationibus, legibus, fundamentis et productis claris existentibus, et partem eandem in causam attractam tutantibus, ipsiusque innocentiae indemnitate suadentibus et remonstrantibus, subiungit bonam et integram praefatarum in causam attractarum famam copiose quidem modo praevio probatam infamiam fassionibus, adeoque illegitimis infamationibus praevalere, eiusmodi autem sagas contra innocentes et persaepe honoratas personas partim ex aliquo leviori damnato et tacitis aut publicis inimicitis, partim vero ex doloribus tormentorum aut quibusvis diabolicis repraesentationibus, cum certum sit, infernalem ministrum diversas personas et res talibus praefigurare, vel etiam quod tales ex iurata demoni servitute in periculum vitae et animarum innocentium (!) conspirationibus suis ad interitum usque insistant fieri in comperto esse, et respectu quidem Matthiae Czelich matrem eiusdem expeditam ante mortem cum eodem confrontatam, fassionem suam licet etiam illegalem alterasse, Kulyankam vero ob suspicionem de sui incaptivationis causa contra eundem praehabitam, ideoque praetensam eiusdem fassionem illegitimam non vane praesumpti valere, sed et hanc ex citatis in primordio allegatorum praxis criminalis, subsecuta etiam magistratuali inquisitione eiusdem in causam attracti innocentiae (!) favente sinistram inveniri. Sub C vero productam inquisitionem contra Hrebichianam, tum quia respective testes in facto praetensive proprio versantes admitti nequirent, tum quia rem opinioni potius propriae vanaeque imaginationi credentes, quod nulla certitudine firmassent narrarent, tum demum quia assertas inimicitias neque legitimerent neque effectus assertos remonstrassent, aut remonstrare valerent, reiciendum (!) venire, quare praemissis etiam sat superque deductis totalia praerrectarum (!) contra partem in causam attractam actionum merita negando et ad caput, in viribus etiam praeallegatorum suorum eandem partem in ca-

usam attractam liberam, immunem et de simplici atque plano absolutam decerni in-stando reservat reservando.

Pro actore super praemissis procuratoris in causam attractarum allegatis protestando praeprimis pro exigentia eiusmodi criminalium processuum causa in merito iam versante partem in causam attractam ad iudicium quoque praesens (fine observandae earundem in causam attractarum personarum qualitatis, aliarumque in similibus arti magicae deditis personis considerari solitarum circumstantiarum) personaliter adduci, quibus adductis et visis apparebit manifeste easdem in causam attractas prout et primi ordinis suprainsertum, pariter in causam attractas personas viles abiectae sortis, et respective a potiori senes, easque tales, de quibus vel modicis observatis indicii, et tanto magis fortibus in medium adductis probis tale vitium praesumi, imo (!) probatum haberi deberet. Accederet ad haec, quod non uti ab adverso praetenditur (pie et cum piis hominibus conversationis eadem in causam attractae essent, quin potius cum aliis sagis et pessimae conditionis hominibus ac mulieribus familiaritatem, consuetudinem et intimam amicitiam ad notitiam publicam habuissent, nec eadem et eundem in causam attractum etiam relevaret, quod procurator earundem alias sagas contra easdem revelationes et fassiones facientes infamia iuris comaculatas (!) esse, et ex hoc fassioni earundem credi non debere praetendat, nam licet in aliis criminibus facilius alioquin probae admitti fors hoc posset, in similibus tamen contra sagas institutis processibus hoc nullatenus admitti valeret, ex quo tales arti magicae et diabolicae dediti et deditae, nulli magis constant aut constare possunt, quam aliis eiusdem sortis et farinae personis. Nec obstat citatus ab adverso articulus 60. praxis criminalis, cum non una, vel unus, sed plures contra aliquas nempe duae, tres, contra alias et 5 fassae fuerint, et relationes suas instituerint; articulus autem praecitatus solum loquitur, quod inter reliqua indicia utrius solum sagae fassio ad inquisitionem sufficiat, consequenter si idem articulus bene consideretur, plus contra antelatas, in causam attractas, quam proiisdem militaret. Quod autem delicta magica per infallibilia indicia coram praesente iure probata sint, et habeantur; evidens testimonium est, inter isthic praesens et personaliter adstans quidem iuvenis arte magica per Kullyankam hactenus iam expeditam, aliasque eiusdem socias et actu hic invinculatas in causam attractas, manu privatus et calamitatem suam deplorans. Quo vero ad id ubi procurator in causam attractarum delicta per duos testes probari debere dixisset, id in occultis uti magica essent, sceleribus regulariter non procederet, sed et si hoc quoque in casu procedere admitteretur, hoc non aliter intelligi deberet, quam quod ad ferendam mortis (non vero torturae veritatis alioquin in similibus occultis delictis exploraticis) sententiam talis proba praerequisitebatur; confrontatio vero, quae necessaria fore praetenditur, sicut si fieri potest est de meliori esse, ita quoque si fieri nequit, non est de necesse. Quantum porro ad producta B. et CC. notata praeprimis eadem petit secum comunicari (!). Quibus comunicatis (!) procurator idem dicit, si eadem etiam testimonia considerentur, parti in causam attractae nihil suffragabuntur; nam si tale testimonium a procuratore nunc allegante desideraretur, illud is quoque perhibere, et quod contra easdem in causam attractas scitu et visu nihil sciat, dicere possit. Demum ubi procurator in causam attractarum inimicitias et livorem allegaret, sicuti talia nec probaret, nec rationabiles similibus coniecturas adferret, ita pariter hoc eiusdem assertum a facie iuris simpliciter evanesceret. Ubi vero Czelichianam matrem contra eundem Czelich filium suum factam fassionem revocasse idem procurator in causam attracti dicit, opponit eidem fidedignam torturali examini prae-

sentium, et hic quoque in iudicio existentium duorum huiusce Campi iuratorum recognitionem, taliterque notis eiusdem personis in causam attractis allegatis et productis partim eisdem in causam attractis nihil suffragari valere remonstratis, partim vero per praevia eiusdem procuratoris actoris allegata et rationes dilutis et elisis existentibus, in conformitate praeerrectae (!) actionis, primum et ante omnia eundem et easdem in causam attractas torturae subiiciendos decerni, et per reliquas ex parte quarum procurator in causam attractarum non agit personaliter litem contestari petit, et in reliquo reservat.

Procurator in causam attractarum praevia super praemissis procuratoris actoris inalegatis protestando, suisque praemissis firmiter insistendo, reponit praeattactam partem in causam attractam non ut praetenderetur viles, et nimius assertis praesumptionibus obnoxias, verum nobiles et integrae, honestaeque famae (prout hoc ex productis suis uberrime appareret) esse in comperto haberi, exindeque etiam conversationem cum probis et piis contestatam inveniri, neque cum sagis et malae conditionis hominibus familiaritatem partis in causam attractae praeter modo praeviso elisas fassiones probari; ubi vero procurator actoris contra legalia sua sagis in substrato merito credi cuperet, si hoc admitti quiret, plura inconvenientia et ad casum praemissorum allegatorum suorum evenirent; quantum vero ad subsumptum articulum 60. plures et plurium fassiones procurator actoris recenseret, adeoque ibidem indigitatam inquisitionem erga unius solum sagae fassionem necessariam assereret, in hoc substrato neque taliter eundem articulum, sed quod cuiuslibet sagae fassio tali inquisitione stabiliri deberet, accipiendum venire, demum sicut id ex allegatis suis, quod actus magici per infalibilia (!) iudicia probari debeant pateret, ita praetensus adstans iuvenis per expeditam Kuliankam (respectu cuius isthic nihil ageretur) offusus aut laesus parti in causam attractae parere aliquod aggravium non valeret; confrontationem porro sicut per procuratorem actoris admitteretur fienda de meliori esse, si commoda esset; in casu autem praetenso omnino commodam fuisse; ita et excitatis suis necessariam edoctam omitti tanto minus potuisse, quantum porro producta B. et CC. procurator actoris controvertere paritate sui testimonii (cuius veluti ignoti ratio haberi nequiret) cuperet, sicut scitus et visus sui rationem affere nequiret, ita nec tale testimonium prout vicinorum stare nequiret; respectu vero inimiciorum (!) refferendo se ad sua allegata easdem iam hactenus in diversis compertas fuisse, imo (!) nobilis Pauli Trumbetas et famuli Communitatis in praesenti etiam iuris facie probari cupiens dicit contra Czesztarizam Michaelis Iambrievicz socrum, ex eo quod idem contra eandem fatentis, qua eatenus exmissus capere debuerit, comminationes fecisset, et ex his earundem fassiones subsecutas facile praesumi posse; respectu vero Czelich prout matrem eiusdem fassionem suam alterasse commemorasset, ita hoc ipsum per Paulum Sostarecz, et alios per ipsum refferendos (!) conscientiose prout actor revocationem contra Novakianam fassionis Skvareczianae declarari desiderando, et suis praemissis quoad omnia et singula firmiter insistendo, petit uti supra petiisset, et reservat.

Pro actore cum protestatione reponit praevia procuratoris in causam attractarum allegata iam superius superata ex parte magistratuali esse; quantum vero ad fassionem Sosztareczianam, ad quam se procurator provocaret imprimis, procurator actoris dicit eundem Sosztarecz esse affinem Czelichianum, sed et si etiam tali affinitatis vinculo coniunctus eidem non esset, cum nec ex eiusdem quam et famuli Communitatis

ac Pauli Trumbetas relationes parti in causam attractae nullatenus suffragarentur, cum eadem ne in minimo eisdem actoribus favorabiles essent; quod etiam inclito huicce iudicio submitteret, et refferendo (!) se ad praevia sua, ac notanter productam inquisitionem, torturaliumque examinum extractus (quos etiam penes praesentem processum eatenus asservari cuperet) petit et reservat uti supra.

Procurator in causam attractarum aequae ad sua praemissa se refferendo (!) reponit legale etiam esse, quod non tantum consanguinei, sed et cohabitantes domestici veritatis testimonia perhibere soleant atque possint, quare et in reliquo uti supra.

Deliberatum est: Tot et tantis complicum testimoniis, productisque etiam inquisitionum continentiis, in accuratiorem considerationem et iudicariam reflexionem assumptis et consideratis suprascriptas in causam attractas nimirum Annam Novachkam, Barbaram Hrellichianam, Dorotheam Narchich aliter Czesztarianam, Magdallenam Kallopainkam, Hellenam Mikin, Margaretham Mlinariczam aliter Uuk, pro ulteriori delictorum suorum confessione, complicumque revellatione (!) torturae subiici, taliterque examinari debere iudicari, qua demum peracta finale pronuntiabitur iudicium. Respectu vero Nicolai Dauutouich, Matthiae Czellich et Barbarae Czuetkouich, siquidem plures legales circa personas earundem in facie praesentis iudici propositae examinae et discussae occurissent (!) reflexiones, quibus mediantibus allegata criminalitas circa easdem haut comperiretur, quin imo (!) diversis circumstantiis et indiciis revellationes (!) illas, quae eosdem tangere dignoscerentur, sat pro hic et nunc perimentibus, eosdem erga tamen sufficientem cautionem, peractoque praefatorum in causam attractorum torturali examine, dimittendos et absolutos pronuciari (!).

Sigismundus Skerlecz, comes terrestris m. p.

Anno Domini 1734. die 31. mensis Martii in arce Lukavecze iurisdictione Campi Turopolia, Comitatu Zagradiensi existente et habita, per me infrascriptum Universitatis nobilium Campi Turopolia comitem terrestrem, praesentibus eotum et ibidem perillustribus, generosis nobilibus et egregiis domino Petro Paraminszki, suae Maie-statis vicecolonnello et confinii Glinani et Transmontani, praesidiique Szechinczensis commendante et iuris assessore Campi, Paulo Pogledich, praesidii Zriniensis emerito vicecolonnello et iuris assessore, Georgio Pogledich, praesidii confinii Iesenouczensis vicecommandante, iuris assessore et priori comite terrestri, Matthia Gallouich, vicecomite terrestri et iuris assessore, Gabriele Skerlecz, Campi antellati (!) iurato notario et iuris assessore, Kosztaniczensisque praesidii vaivoda, Ioanne Mixich, iuris assessore, Ioanne Gerdenich iuris assessore, Ignatio Ztepanich, antiquo fiscali et viceiurisassessore, Francisco Mudich, pariter viceiurisassessore, Georgio Mixich, Nicolao Kakotouich et Matthia Sippussich, famulo communitatis, factum est infrascriptum iudicium.

Reassumpta antellati fiscali et actoris causa, contra et adversus supra nominatas sagas et in causam attractas, dempta Dorothea Narchich, Laurentii olim Czesztar relicta, quae post torturam sequenti die horis matutinis extincta est, et praemissis prae-vie praemitti assolitis iam combusta haberetur, prouti et Margaretha Klenovich, Ioannis Uuk aliter Mlinar conthorali, et Hellena Mikinka, quae quidem in priori sententia torturae etiam adiudicatae extitissent, nihil ominus (!) cum sufficienter in cognitionem deventum haberetur, easdem ambas praegnantas esse, cum quibus negotium earundem in suspenso usque ad ulteriorem rei verificationem manebit vel prout iuri

visum fuerit.

Pro mentionato fiscali et actore egregius Michael Szmolkovich nostris, adeoque sufficienti iuridica facultate instructus procurator, producit earundem in causam attractarum torturalia examina numeris 1.-mo, 2.-do et 3.-tio signatis, virtute quorum finale de iisdem in causam attractis peteret iudicium.

Deliberatum: Perlectis suprascriptis torturalibus examinibus, continentiisque earundem in accuratiorem trutinam deductis et ponderatis, siquidem suprascriptae in causam attractae in tortura constitutae professionem artis diabolicae et magicae, enormiaque quam plurima exinde facta damna et delicta per se perpetrata confessae extitissent et manifestassent, ob hoc poenae quoque tot legibus criminalibus et civilibus statutae sese obnoxias effecissent, quare eaedem in causam attractae praevia capicis (!) decollatione, igne more consueto cremandae et comburendae decernuntur. Annotatae vero Margaretha, videlicet Ioannis Uuk consors, et Hellena Mikinka, si et dum easdem gravidas esse iuridice compertum fuerit, ad tempus earundem partus in carceribus detinendae, exposit vero iam adiudicato torturali examini subiiciendae adiudicantur. Praementionati vero Nicolaus Dauutovich, Matthias Czelich et Barbara Czuetkovich, siquidem ex praemissis torturalibus examinibus contra eosdem quidpiam rellatum (!) non extitisset, datis quilibet eorundem pro se praevie honestis duobus fideiussoribus, dimittendi declarantur.

Sigismundus Skerlec, comes terrestris m. p.

Na poledini: Processus criminalis sagarum intus specificatarum, in anno 1734. die 11. mensis Martii in arce Lucauecz celebratus.

(Papir umetnut u glavni spis, na poledini olovkom 8/1:

Porkulabe. Goszpon Ignaczi Ztepanich i Janko Plepelich

Za Miku Dauutouicha, za Mattoka Czelicha, lugar Mihah Sipussich i Mihah Klafuich, zashtaunik; za Janka Plepelicha senu Baru Czuetkovichku Mihah Plepelich i Pavel Trombetas zet Filipchicheuf vuzeli szu sze magistratussu poruki. Lukavecz, 31. Martii 1734.

Coram me Gabriele Skerlec manu propria Iurato notario Campi.

2.7.1.1.

Ispitivanje Barbare Hrelić

Prilog 1:

Anno Domini 1734. die 23. mensis Martii in castello Lukavecz, iurisdictione Campi Turopolja et Comitatu Zagradiensi existente habita, per nos infrascriptos exmissos, Barbarae Uagichek Mathiae Hrelich consortis, modo et ordine sequenti (!) torturale examen exceptum et exauditum est.

Et imprimis praevie invento et excisso sigillo diabolico in pede dextro uti idem magister iusticiae (!) recognovisset, " poveda, da ie czopernicza od lett 22., y da je pri Lomnichkom krisnem drevu prvi put med nie dospella, koteru krisno drevo pri Odreduch od Suastovicha iducha od bratuef svojev iz Lukavca. Zatem da je praszce na-

ganialla po zemlia Kralicheve po situ jedan vecher mlad, i onda da ju ie vragh prvi put premamil govorech ie, da s nim nai ide, da je s nim lepo bude, i s nium tia blizu doma issel, masukal z ogniem pred nium, i on iszti vecher da iu ie zapechatill, onda pravo gdje ie fraiman peccat izrezall, i ona pechat da je pravo vrasia, i kada iu ie zapechatil da mu sze ie onda na vsu vernoszt zapriszegla, i na vsu vernoszt obliguvala, i da mu e Ianus ime, value, da ie z uragom sivella vsigdar kada goder ni nie gospodara doma billo, i vsaki put negda dva, negda tri pute, i da je merzle nature bil kod led. Poveda zatem, da mu e davalla za aldoef vszako letto svogha musa sztaro rubie, z kogha ie tuchu i szoliku napravliall, i tho vszako letto da mu e dva tri pute davalla. Poveda da je nie uragh mlad leph bill, i zellenu nemsku opravu noszil i skriliak, value, da szi ie szvomu uraghu po bellem dnevu pri szvoje hise do szmertu szvoje zapiszalla, poveda, da je prvi put na goru Medvednu na bellem koniu z uraghom odjahala, kogha ie uragh dopeljall, zatem poveda, da je i letella, i da sze ie z masztium urasium mazalla, koja maszt czerlena billa je, i szada je ima doma na hise vu skronicze vu lenenem szemenu vu loncheczu zemlenom czemom szredniem, kogha pod okrilli falli. Zatem poveda, da sze ie na Medvednicze goztilla, gibaniczu jella, koteria iz psenicze szuegha Turovogha Polya billa je iz sirra i maszla, koi su po mlade vechere luczkem kravam jemalle, i ona da ie rechenu gibaniczu dellati pomagalla, i da je billa gibanicza tak velika kuliko je vsze Turovo Polye, y da iz the gibanicze ni vszake czopemicze kuliko jedan perszt dopallo. Zatem poveda, da je pod Okich hodilla lechuch, onde szu pripralalle szi goscheniczu iz mesza chlovechiegha, glauicz, szuin, z marhe; poveda, da su vuzele Jurinichino dette, musko ime mu e billo Jurich, i odneszle ie na razkrisie Fil-lipchichevo, i onde szama mati Juincicza da je szercze iz niegha izvadilla i pod Okich odneszla, tam pojelle. Zatem da szu vuzelle Czelichevogha volla iz passe iduchegha, iz Kurillovecz Blasine Hagycha telliczu, iz Kurillovecz Gjumlie volla czernogha, Lou-richku Ledaru jednu teliczu, iz Kobilich teliczu Kerniakom doklam su nerazdelleni billi, Kussevichu iz Plesza szvinche, Gyureku volla sarogha lanszko letto pred Bosich, sar voll regjem, Janku Plepelichu volla chadogha pred tremi ali chetiremi lettmi, Klari-chu Tomine kravu brezu pred duemi ali tremi lettmi, Kussevichu Jankusu rech vuzelle, kada je suoju kcher vdavall, ona je noj vexi krivecz billa, ar je ne dal jenkrat kerme da ga ie proszilla, Jurmanu G.Plepelichu ovchiczu vuzella, Gambarichinu kcher Jannu da je takaj vuzella, da szu iz nie szercze vuzelle, i zima da je nai pervo na niu na versena. Poved, da je nie paidasicza iz Kurillovecz Verchkouka mussa ima Sippussicha iz Goricze, szesztrichna Jureka Briglevicha matti e zesgana ie, iz Plesza Katta i Mara Herczeska, Kata ima musa Andrassa, a Mara ima musa z Kobilich Bara onogha Chis-mesie sena pervo nekogha Gergaricza imalla. Due Klenouke Mara i Janna, nema nie-dna mussa, jedna imalla musa Mikulu, to jest Mara, a Janna iz Kurillouecz dosla zkur-vana. Due Janchazke iuramentaliter ex Pleszo valuvalla ie, jedne ie ime Katta Milinova sena, druga Mara, musu ime Jurina. Mihalja chismesie sena Sussa ime ie, ima bratha popa v Narthu. Iz Noveh Chich ima paidassicz seszt, iedna ima Czernka, ime ie Magda sztoi polagh bellete, mussu ime Janko. Drughoj e Bellichka Katta udovicza polcuna sena szrednia, treita Jella Jurichkovicza, ima mussa, Magda i Janna Pavlovichka, Mag-din mus iz Turovogha Polya dossel i onde sze prisvenil; Kussevichka z Plesza Bara, ona je naj vexi callator billa; iz Kurillovecz Bosinka, koja ie odisla iz Lukavcza, due Uuko-vichke, jedna Katta, a drugha Bara ima musa szuczka lukavechkoga Mateka imenom, z Mlake Laczkovichka rodod. Katta nema musa, a sesztra szuczka Mateka, musu e takai ime Matek iz Prigoria. Z Plesza Mara Kukovicza ima musa kmeta Janka, boi sze, nikam neszme. Magda Paulekouka sztara iz Plesza vudovicza, iz Gradich sztara Hreschuko-

uka Katta uudova, iz Marenez od szvetogha Marka Katta Berdekovicza; musu e ime Ivan, Jella Jurichkovicza kchi Czvichkova; value zatem, da szu vse ove kotare pove- dalla prave nie paidasicze i onde vszegde bille gde i ona i vsze ono chinille, jemalle i skodele, kai i ona na szvoiu dussu iemle, value zatem, da sze ni nigdar iz ovogha zpo- vedalla, zatem value, da Bogha, Maiku Bosiu, szvecze i szveticze Bosie, da je zatailla; proklinialla, pospotalla i popluvalla kod i szvete sakramente. Value takai, da sze ie z vragoin pozakonilla, i da ie onda iz novich pokrsztena z novem vrasiem kersztom, zatem value, da sze ie uraghu zapriszegla, da ova nigdar szuczem pravdenem pove- dati neche. Zatem da je sze ie szveta messa videla kod jedno szito; a keruf vu keliu kod megla; Bogha ni mollilla, negh iu ie nie patron mal, Tello Kristussevo na szvetem pricheschaniu da je zplunula. Turovo Polye z tuchum da je jedno deszet puti pomogla potuchi, lani i pred lani da szu pseniczu po Turovem Poliu z meglum vu nochi na Pe- trovszki poszt vuzelle. Czekouich z Mlake sztara, ona mu e takai ruku Miheku Sztar- cheuomu vuzella i fatens pomogla pokojnogha Speglina. Szevera Chismesiu z Lom- nicze y szlughu niegovogha kod y goszpoiina Ztephanicha vuzelle szu na kriseputiu, pri hleve goszpodina Ztephanicha, i onde szu vszi naginuli, iu i onde je pojelle i med nimi Czekovichka da je billa. Zatem value, da ie vszako letto vu vrasie generalszko vszeh czopernicz i czopernikouf zpravische hodilla i tam videla vrasiu leptu i da je uragh na kralevszkem sztolczu szedell, prodechtvo im . dellal i kada szu sze razhajalle, rekel im ie on urag:

“hodete z vszemi uraghmi i zlo chinete na jeden krai, a ia z drugemi na drugi krai”. Ova gore napiszana vsa za istinska dersi, i ako treba, vszake na zochi povedati hoche, niedne neche reuocerati, ar szu vsze pravichne i z prziszeghum dobrovolno potver- gjava, ar na niednu ni iz jalla povedalla, i da iz onogha ka ie povedalla, da je vumreti gotova i hoche. Datum die anno mense quibus supra.

Per me Gabrielem Skerlecz, Campi Turopolya iuratum notarium m. p.

Et me quoque Franciscum Mudich, iuratum Campi et ad id exmissum m. p.

Et me Ignatium Ztepanich, iuratum Campi et ad id exmissum m. p.

Na poledini: Numero 1mo. Torturale examen Barbare Hrelich natae Uagichek die 23. Martii in arce Lukavecz exceptum, anno 1734.

2.7.1.2.

Ispitivanje Ane Novak pod mučenjem

Prilog 2:

Anno 1734. die 24. Martii in arce Lukavecz iurisdictione Campi Turopolya et Comitatu Zagrabieni existente habita, per nos infrascriptos exmissos torturale examen Annae Novak modo et ordine sequenti (!) exceptum et exauditum est.

Et imprimis suprascripta Anna Novak praevie excisso sigillo et invento diabolico in parte posteriori in pede dextro, poveda, da ona pechat koteru e fraiman izrezal da je prava urasia, y da je czopernicza pravo vise od lett 16., i da ju ie Mituczka pokoina med nie izmamilla na kriseputie pri Czelichu jeden mlad vecher iducha od Czelicha, i

potlam iu szobum vodille, onda da iu ie takai uragh zmamil i s nium zgresil, i da ie merzel chutil sze ie, opravu da ie imal zellenu, ime mu e Maticz billo; value da poklam ie vu restu, da ie s nium sivel na kulle ien krat, y dole vu kulle drughi put, i, rekel ie, da sze nai nistar ne boi, batrivel iu, i kada je na muke, da ie iz pred urath vikal nai sze ne boi, value-da mu e negda te unegda od szvoje hise marhe illiti kravu davalla, a negda da mu sze ie namolila, value, da mu e davalla sztaro halinie negda szukneno, negda rubeno, s chim da ie letinu, marhu luczku iemal y czoprall, value da ie y letalla, i vsze stat z uraghom po gore hodilla y lutalla, maszt da je suta vu cerbasztom mallom zmoldanom lonchecz; on lonchecz da je vu komore kade vino sztoi vu skrinicze, i vu tu skriniczu da koi kai zpravlaiu, zatem value, da sze ie uraghu zapiszalla, i da je na vszu vernosz pt priszegla mu; Bogha, Maiku Bosiu, szvecze y szveticze Bosie popluvalla, pospotalla, zatailla, psanila y preklinialla Szveto Trojsztvo; value da je szvete sacra- mente pospotalla y za nistar vergla, i da sze ie s nium drugoch pozakonilla, i drughi uragh da ju ie kersztill i ime ie Magda dall. Poveda takai, da je s nium vsze kuntinum sivel kod mus senum. Poveda takai, da ie ne dall nigdar pri szvete masse Bogha moliti, szvete masse gledati; poveda, da je sze ie szveto tello Krisztussevo, kada je pop szveto massu podigall, da je sze ie vidello kervavo, a keruf Kristusseva kod peharecz zmol- dani. Zatem value, da kada sze ie zpovedalla, da sze iz togha ni nigdar izpovedalla, ar ioi sze ie uragh grozill, da ju hoche zagutiti, i kada sze ie pricheschalla, da je sze ie szveto tello ostro kod ternulla chutillo y vidello, y da je jo vszigdar nesmahno komai i komai poserla. Zatem poveda, da vu vremenu czoprie naivech szebe y decicze szvoje da je skodella, ar ie marhu davati morala, volle, krave, ovcze y szvinie, volle oszebuino da je dalla dva czerna, kravu szaru, Pauline smogha da je saru kravu pojela z Czelichkum, goszpodinu Ztepanichu valla szekoinu, da szu vuzelle, na niegha vuke napusztille, i plavu kravu doma, da szu sze uraghi vukmi prevergli, ar sze ie Czelichke zameril g. Ztepanich. Zasztavniku Klafurichu jednu kravu i dvoje telicheuf, Arbanaszu Mihine plavu kravu i czernoga volla da szu vuzelle, paidasicza da je ie billa Janna, Pe- tra Koskovicha sena iz Hrasch, value, da je i szvoje snehe presasmu zimu naskodeti pomogla, i s nie szercze izneti pomogla i pojeszti; jedan mlad vecher da je van izesla i prekrisilla sze ne, poveda, da je takai pod Okich lettalla i tam vino pilla, poveda, da je psenicze pomolla po nassem poliu iemati, zadni put da ju ie vuzella lanszko letto z meglum, meglu da sze napravlja iz pepella onogha, koga sene na smetlische nosze, kade o Trojake pare; velestinom bellem lukom, szvetum vodum uimena naterti po velike gode ne mogu im naskoditi. Tuchu takai da je naprauljati pomogla. Zatem va- lue, da vsza ova kotera je povedalla, vsza za iztinszko dersi . nigdar vech zataiti neche, dapache navo y uumreti gotova je ako potrebno bude.

Per me Gabrielem Skerlec, Campi iuratum notarium manu propria

Me quoque Ignatium Ztepanich, iuratum Campi et ad id exmissum m. p.

Et me Franciscum Mudich, iuratum Campi et exmissum manu propria

Na poledini: Numero 2do. Torturale examen Annae Novak in arce Lukavecz
exceptum die 24. Martii 1734.

2.7.1.3.

Ispitivanje Magdalene Kolopajnje pod mučenjem**Prilog 3:**

Anno Domini 1734. die vero 26. Martii per nos intrascriptos a domino comite terrestri exmissos, torturale examen exaudiendum Magdalene (!) consortis Georgii Colopajnia. Poveda i valuie, da ie prava copernicha, y da ie medh copernichami cetiri letta i neku-liko tiednof, i da se ie okulu nie viher nekafof zdigel po pol dan na dvorischu, y opala ie na zemliu ko da bi mertva posthalla, i cinillo ie se ie, da ie onde vnosina szen billa. Poveda tho takaj, da ie vraga imella, koiemu billo ie ime Mihalich, y da ie sz nim pregresilla iedno pet putof, a potlam ie vu temniche billa. Poveda, da ie ieden puth sz nim vu temniche pregresilla, i da ie merzlu naturu imel kakti leth, i poveda, da ie Gospodina Bogha zatailla i popluvalla, i sveche Bosie i svetiche i sveti kerst popluvalla i vrasziaga priella. Poveda takaj, da ie svoiemu vragu Mihalichu na vsu vernost prisegla, i poveda, kada je redovnik sveto tello podigal i kerv Christussevu, da ie se ie chisto cerno pred ocima vidello. Tho takaj poveda, da ie najpervi put sz nimi na Medvenichu zaletella, i da szu iu namazalle Ledarka i Sebinka sz vraszium mastium, i da ie thu billa stara Posthicka imenom Dora, i takaj Briglevka Bara Jankovicheva, kaj sz Kobillich tho takaj poveda, da ie svoiu pravu kravu dalla na pecheinu svoiem paidasicham, koia krava billa ie plava, i tho pred iednem letthom. Poveda takaj, da ie Sebina Ivan sz melina issel, da szem billa svoiemi paidassichami na Gorichnicha vu kollu, ter smo onda serche sz volia iegnoga roszastoga zvadille i onde na Gorichnicha ieszmo ga poielle. Poveda takaj, daszmo Matteka Sebine volla poielle, koi ie vu Lasze poginul, i da je ona svoiemi paidasichami vuka na thoga volia navergla vu vrasziem kipu. Tho takaj poveda, da su lainsko letto psenichu po Turovom poliu vselle, i da su se na kuchia voszille na lepe vrane koine. Poveda tho takaj, da tuchu sz sznega delaiu, i da on snegh po pechina velike i po gora zapiraiu, i onak sznega svoiem vragom tuchu delaiu. Tho takaj poveda, da sze meglu sz vode illiti od slapa meglenoga podignie, i da mi z onum meglum po poliu hodimo i vozimo sze vu one meglie i onak z onum meglum iaklo iemlemo. Tho takaj poveda, da ie svoiemi paidassichami volia navergla Boszino dete, koiemu ie ime billo Peter, i onde smo sz thoga dechaka sercze onda zvadille, i tho ie dete staro billa okolu lett ossem, ter szu drugi liudi stimalli, da ie thoga isztoga dechaka vol prebol, i thu ie billa Cekovicka sz Mlake, i tho smo szerche na Mlacke trata poielle onde pri krisznom drevu i ia szem njim billa za deklu, i vsa ova koia goder povedalla, vsa su istinska, i ako sze treba taki sz nimi zochithi hocu sze, i nazadt vzethi nechu, ali szu isztinska i ako treba vumrethj polak thoga gotova szem.

Praesente me Ignatio Ztepanich, iurato Campi et ad id exmisso m. p.

Et me Francisco Mudich, iurato Campi et exmisso manu propria

Gore na lijevoj margini: I nasla sa ie pechat nai nie pod kukom na leve noge.

Na poledini: Numero 3tio. Torturale examen Magdalene (!) Kolopainia

HR-HDA-49, Plemenita općina Turopolje, kut. 103, fasc. 8. br. 1

2.7.2.

Lukavec, 26. siječnja 1734.

Parnica Plemenite općine Turopolje protiv Nikole Davutovića, Margarete Susa, Margarete Kosković, Margarete Škvorc, Barbare Jurinić, Helene Arbanas i Dorotheje Mudić, optuženih za vješticarstvo

Anno Domini 1734. die 26. mensis Ianuarii in arce Lukavec Universitatis nobilium Campi Turopolja, omnino in districtu eodem et Comitatu Zagrabiensi existente habita, occasione celebrationis iudiciorum praefati Campi spanalium.

Levata causa seu actio egregii et nobilis Matthiae Mudich, praefatae Universitatis nobilium Campi Turopolja fisci et actoris, contra et adversus Nicolaum Davutovich, magum, Margaretham Millos aliter Kiszelak, Michaelis senioris Sussa, Margaretham Stephani Koskovich uberius denotatas partes, Margaretham Vuchich, Georgi Szkvorc, Barbaram Czundrikovich aliter Czuinak, Helenam Jurinich aliter Kernyak, Stephani Arbanas aliter Boltek conthorales, et Dorotheam Trumbetas, Georgii Mudić relictam viduam, veluti modalitate in infra producendis actionibus uberius denotatas sagas et in causam attractas.

Pro actore egregius Josephus Magdich cum nostris, adeoque sufficientibus iuris et mandatariatus requisitis instructus procurator, producit originalia actionum contra suprascriptos in causam attractos errectarum (!), et cum iisdem in paribus authenticis communicatarum litteris A., B., C., D., E., F., G., ac ad latus earundem pro informatio (!) Sedis inquisitiones et torturalia examina in fasciculo colligata, et sub littera H. in frustis decem comprehensa, vigore quorum de iisdem in causam attractis indicium et iusticiam (!), debitumque iuris et iustitiae complementum petit et reservat, quae erga easdem partes in causam attractas praemitti debuerant praemissis existentibus.

Pro suprascriptis Nicolao Dauutovich, Margaretha Millos aliter Kiszeliak, altera Margaretha Stephani Koskovich, Margaretha Vuchich, Margaretha Czandrekovich aliter Czuinek, Hellena Jurinich et Dorothea Trumbetas, tanquam modo praevio praetensis, adeoque sollemniter (!) protestantibus et in aresto detentis, egregius Ladislaus Szale cum nostris, adeoque sufficienti iuridica facultate instructus et praemunitus procurator, universis et singulis contextu praesentis praetensi processus antelatis in causam attractis deservientibus iuris beneficiis, cautellis, item et reservis praemissis et interpositis habitis, interiectisque solemnibus protestationibus pro tenore et exigentia articuli 32. 1723. comparens, antequam ad ulteriora passum faciat, petit praetensa sub H. producta citra in eadem consensum secum communicari, et tum ea ex ratione, quod eadem praetensa producta in pluribus praetensive conscriptis consistant fileris, adeoque notabiliore etiam communicandae relectionis mora indigeant, tum etiam ex fundamento praesentis articuli, cum etiam praxi et methodo processuali hoc ipsum exigente circa universa et singula ab adverso praetensa in crastinum agendi facultatem reservat generaliter reservanda.

Procurator praetensi et praetensarum in causam attractarum in vicibus praemissorum suorum, imprimis pro praefata Margaretha Czunyek invinculata, et quidem sub nomine Barbarae praetensa in causam attracta, dicit ex hoc legali defectu nominis utpote sub quo praetenderetur imprimis ex eo, quod ne fors innocens pro nocente conveniri admitteretur, sicut et ex ipso in articulo 30. 1723-tii. actionis eatenus de-

fectuosae fundamento peteret praetensam actionem condescensionis obnoxii, et in reliquo praetensis productis communicari petitis facta communicatione (!) solemniter super iisdem protestando, dicit eadem in quantum inquisitionalia contra Dorotheam Trubentas respective merita reflecterint, velut simplicia et colateralia (!), adeoque lege Regni nulla, et in iure locum habere nequeuntia in quibusdam praetextuosis visionibus somniativis et imaginariis propriis fatentium assertionibus, minarumque expressioibus (!) propriae asserentium fassioni fidem minime contribuendam considerari haud valeret, qualia etiam seponi petendo, ita praetensas tam respectu praetactae, quam reliquarum sicut et Nicolai Dauutuich et praetensarum partium in causam attractarum erga torturalia nonnullarum (!) ibidem denotatarum supplicio (!) affectarum personarum examina, fassiones tamquam infamium et sua legali fide ex fundamento etiam praxis criminalis partis I. articuli 21. § 1. destitutarum de honeste acta vita palam commendatis personis, et nefors renovatae prout tales suo tempore comprobari valerent, et si necessum fuerit comprobandae reservantur, nihil derogare (!) nolentes, non ad condemnandas in causam attractas aliquam probam, v erum ad uberiorem dumtaxat legitimam inquisitionem iuxta praxis criminalis partis secundae, articuli 60.-mi, paragraphum 1. -mum consumandam, essent indicia cuiusmodi inquisitionibus contra easdem in causam attractas non existentibus in quantum nefors ex parte praetactae Margarethae Czunyaek (quod minime speraretur) legali petito deferri non contingeret, pro eadem quoque praemissis inalegatis (!) aplicandis (!), interpositaque ex parte eiusdem quoque omnium in causam attractarum actionalium meritum ex integro et ad caput negativa, in vim cuius si iuri visum fuerit ex superabundanti corporali ne fors ductu etiam legis patriae non admissio in conformitate capituli 6.-ti quaestionis 9.-nae et 10.-mae Kytonichianae peteret eisdem in causam attractis deferri et sine ex praemissis suis sufficientibus et legalibus rationibus sive tandem ex fundamento superabundanter interiectorum easdem in causam attractas universas et singulas, prout et praetactum aequè in causam attractum absolvi, absolutasque pronuntiari cum reserva ulteriori.

Pro actore protestatur super praemissa procuratoris in causam attractarum replica, ad quam reponendo dicit imprimis respectu Barbarae Czunyaek ex praetenso bonae specificationis nominis defectu petitae condescensionis citatum articulum nullatenus eidem deservire posse, siquidem actio contra eandem Czunyaek hic invinculata erecta (!) haberetur, adeoque circa personam eiusdem nulla talis oriri valeret difficultas, quae ferendum iudicium legaliter praepedire posset, quo vero ad id ubi respectu Dorotheae Trubentas productam inquisitionem collateralem esse diceret, cum eadem pro fundamento erectae (!) actionis et informatione inclitae Sedis producta haberetur, concurrentibus pluribus contra eandem fassionibus in torturali examine elicitis, et exposit etiam ratificatis, et morte authenticatis, pro sufficienti omnino agnoscendum deberet, nec obstaret, quod torturales fassiones procurator in causam attractarum reiiciendas peteret, ex eo, quod tales fassiones per sagas, adeoque personas infames factae fuissent, cum in contrarium observata praxis et consuetudo processualis militaret, neque eiusmodi magici actus et sagae ipsae ubi magis constare valerent, quam aliis in eiusmodi arte magica sociis et complicibus, sed neque simplex et nuda negativa ad caput facta et abiuratio oblata pro actionalium fundamentorum eversione sufficeret, quare cum plurimae torturales fassiones, productaeque inquisitiones, communis praeterea vicinorum fama et publicus rumor ad notitiam si non totius in-

clitae huiusce Sedis, ad minus plurium ex eadem dominorum assessorum notitiam contra easdem in causam attractas essent, et easdem onerarent. Ideo reiecta per procuratorem earundem facta negativa, petit idem procurator actoris, ut dictae in causam attractae personaliter ad iudicium ducantur, et ad actionem erectam respondeant ac litem contestentur, eoque praemisso de iisdem in causam attractis iudicium et iustitiam uti supra petit et reservat.

Procurator praetensarum in causam attractarum cum protestatione ad praemissa procuratoris in causam attractarum reponit praemissum petitum suum ex parte Margarethae Czunyak etiamnum in praeallegatis procuratoris actoris sub nomine Barbarae cum alia et non invinculata eiusdem sit nominis, adeoque velut lege fulcitum, contrariaque ab adverso non elisum ex rationibus etiam inallegatis etiamnum tenere, neque invinculationem per errorem factam innocenti officere, quo vero ad negotium inquisitionis collateralis respectu Dorotheae Trumbetas illud neque concursu quibusdam sagarum, adeoque infamium personarum fassionali convalescere illegale, siquidem in iure nulla haberetur ratio, quibus praemissis et prioribus legalibus superabundanti etiam cautella instructis per procuratorem actoris nullatenus dilutis insistendo, adderet Helenae Koos revocationem sub Nb.Nb. pro praemissa uxore Koszkouichiana et praetensa in causam attracta, in paragrapho sic sonantibus: "Jeszem isztinu povedala, jeszem hisu knjeza Istvana Koszkouicha njega i senum etc. radi fantiti sze nad njimi, rad thoga zroka, da szu ravno ovi szuedochili name, i vuchinili me prieti, i tho na raszpetoga Bogha moga ovu peldu priszesem malo pred szmrtjum, da szu chiszti i pravichni"; dein aliam respectu praeattactae Sussa et praetensae in causam attractae, aliam Margarethae Sebinka expeditae similiter revocationem, per nobilem Georgium Ianichich auditam, quam et peteret iuri per eundem audientem, ita et per nobilem Georgium Glagolich expeditae Koszianae respectu praeattactae Czunyek ac aequae praetensae in causam attractae legitime refferri (!), contextu quorum cum protestatione ad petitum procuratoris actoris praetensarum in causam attractarum postulatae personalis litis contestationis, dicit ex parte earundem per procuratorem allegantem legitime institutam esse defensam, praeviaque negativa mediante litem contestatam neque aliam esse necessariam, cum eadem in causam attractae pro praesentibus habeantur, et tanquam praesentium negotium per procuratorem exponeretur, ita, prout eadem in causam attractae exponi cuperent, quare ad praemissa sua se referendo, petit legalibus suis in iudiciariam reflexionem sumendis deferri, ac nihilominus rursus ex superabundanti velut praemissis suis stantibus, in quorum videlicet subsistentia indubie confideret ultro quoque in eum casum quo procuratoris actoris actionale respectu cuiusdam torturae praetensae considerando per inconcessum assummi valeret, minime in eiusmodi meritum consentiendo et duntaxat fine superabundantis declarationis adiungeret prioribus suis ab adverso elisis non existentibus actionalia et praetensarum productorum merita, si quampiam simplicem praesumptionem contra attractas in causam attractas facere possent, et haec modalitate preallegata tanto fortius superabundantibus cautellis superata appareret et seponenda potius veniret, siquidem ad torturam clara probatio argumentis et testimoniis informans animum iudicis esset necessaria, et haec ad negotium aptiora, iudex autem de qua re plene cognovit, de ea sententiam ferre assoleret, unde siquidem iudex etiam per inconcessam simplicem praesumptionem in negotio causae sufficienter non esset instructus, superinde pronuntiari non valeret, sed etiam propter simplicem de gravi crimine neque accusari, tanto minus condemnari posset,

ex quo in causis potissime criminalibus probationes debent esse luce meridiana clari-
ores, et quanto crimen est gravius, de quo quis accusatur, tanto ad condemnandum
probationes debent esse vehementiores, cautius etenim in eo agendum esset, ubi
maius imminet periculum, et sic quoniam simplex praesumptio adhuc dum incon-
cessa non probat plene, neque debet aliquis per illam de crimine praesertim gravi
condemnari, neque tormenta iudiciis non praecedentibus imponenda, impositio
enim vero tormentorum est poena, et quoniam in poena inponenda est caute proce-
dendum, ideo in ipso causae initio non est a quaestionibus inchoandum, quare his
quoque fine praemisso adnexis petitis suis deferri petendo reservat.

Pro actore quoad imprimis condensationem petitam, illam nullo modo sequi posse
reponit, quoniam producta torturalia examina personam inviculatam, et in praesen-
tistica attractam, suficienter circumscriberent, adeoque nulla talis difficultas subo-
riri posset, quae ferendum iudicium quoquo modo impediret; quantum vero ad cer-
tum productum sub duplici NB. NB. praesenti iure exhibitum, praetensam
quampiam revocationem consortis Koskovichianae et in causam attractae in se invol-
vens, praeterquam illud certorum parochorum et capellanorum esset, qui sicut in ca-
sibus criminalibus contra nihil testari auderent, ita testimonium eorundem pro aliqua
nihil opitaretur, sed et si acuratus (!) inspiciatur, commaculatam potius quampiam
scartecam quam authenticum et fidedignum prae se feret instrumentum, imo(!) si
etiam quampiam per omni inadmissum in se mereretur considerationem, adhuc per
id procurator in causam attractarum nihil evinceret, primo quod talis revocatio ad ur-
gentes confessarii adhortationes extorta fuisse credi debeat, secundo quod praeter
attactam in eodem producto sagam Koosz, aliae quoque recenter expeditae aequae sa-
gae Czelichiana et Barbara Funyachka, prouti et Margaretha Kulyanka recenter
quoque expedita contra eandem fassae fuerint, et illam sagam esse declaraverint, quo
vero ad aliam aequae praetensam revocationem, quam per Georgium Ianichics, pro-
curator in causam attractarum refferi cupiebat, praeterquam illa processui inserta
non esset, et si etiam eiddem insereretur, adhuc tamen partem in causam attractam
nihil rellevaret (!), cum idem Ianichics retulerit, quod Verchkovicziana quoque res-
pectu Margarethae Sussa coram eodem fassionem revocaverit, ubi tamen eadem
Verchkovichiana contra praescriptam Margaretham nec aliquid fassa fuisset, per
quod idem Ianichics non modo suspectam, verum etiam a credulitate alienam effe-
cisset suam rationem, eodemque defectu alterius quoque praetensi testis Glagolich
nuncupati laboraret, accederet ad haec, quod iidem praetensi testes singulares,
adeoque in iure nihil evincentes essent, et consequenter considerationem non mere-
rentur, reliquae vero rationes procuratori in causam attractarum per se ruerent cum
ea, quae procurator in causam attractarum fusius inculcat iudicibus, et inclitae Sedi
aliunde constant et constare debent, quare prioribus suis insistendo, et ad producta
inclitam Sedem cum honore refflectendo petit et urget uti supra.

Procurator in causam attractarum praemissa sua in legibus; et praxi criminali in
hocce Regno, ac in huiusmodi potissimum causarum processibus recepta atque usi-
tata luculenter corroborata (!), et contrariis ab adverso nullatenus elisa inveniri, et
siquidem eidem procuratori fiscali fundamenta partis in causam attractae disputare,
neque competeret, sed et per hoc, quod producta torturalia praetensa examina res-
pectu inviculatae praeattactae Margarethae sub nomine Barbarae circumscriptam
procurator actoris diceret indicationem, per hoc etiam praevia sua non everti neque

enim sequeretur, quod talia deffectus actionales sublevarent, in reliquo siquidem praemissa procuratoris actoris praeallegata assertivis dumtaxat et respective putativis ratiotinationibus (!) insisterent petendo eadem reiici et suis defferri (!) reservat.

Deliberatum est: Tametsi Margaretha Czundrekovich aliter Czuinek ad praesens invinculata et in causam attracta, sub nomine Barbarae, per erroneam specificationem sit attracta, cum tamen in productis torturalibus examinibus Hellenae Kooosz, Catharinae Czelich et Catharinae Verchkovich sit Margaretha nominata, et tam quoad priorem ac modernum maritum, quam et locum habitationis sit sufficienter circumscripta, eademque ipsa invinculata allegatam condescensionem non sequi, sed procuratori eiusdem ex parte ipsius in causam attractae interpositam litis contestationem stare.

Caeterum (!) licet procurator in causam attractarum in enodacionem (!) et sublevamen Margarethae Koskovich tale quale ecclesiasticarum personarum alias in similibus causis criminalibus cuilibet reo favere assolentium, consequenter pro solido fundamento haut assumendum produxisset fundamentum, cum tamen praeter eandem Hellenam Kooos, adhuc alia terna essent agravatoria (!) contra eandem de mortuarum torturalia examina, non obstante eiusmodi ecclesiastica recognitione, eandem in causam attractam Margaretham Koskovich, prout et Nicolaum Dauutovich, Margaretham Czandrekovich, Margaretham Kiszelyak, Dorotheam Trumbetas seorsive ternis, ac Hellenam Kernyak quaternis, et Margaretam Uuchich binis, iisdemque morte authenticatis ac diversas artes magicas et veneficia exprimentibus torturalibus examinibus gravatas, adeoque artium magicarum et actionalium meritorum haut dubie reas, praevia diabolici sigilli reinventione torturali examini subiiciendas decerni, quo peracto finale ferretur (!) iudicium.

Gabriel Skerlec, nobilium Campi Turopolya iuratus notarius manu propria Anno Domini 1734. die vero 11-ma. mensis Februarii in eadem arce Lukauetz iurisdictione Campi Turopolya et Comitatu Zagradiensi existente et habita, per me infrascriptum eiusdem Universitatis nobilium Campi Turopolya comitem terrestrem, praesentibus eotum et ibidem perillustri et generosis atque egregiis domino Paulo Poglelich, praesidii Zrin emerito vicecommendante et iuris assessore, Gabriele Skerlec, iurato notario Campi, Matthia Mixich capitaneo et assessore, Ioanne Mixich assessore, Georgio Szmendrovich, Ignatio Ztepanich, Nicolao Kokotouich, iuratis vice assessoribus, Francisco Mudich, antiquo fiscali et iuris assessore, Georgio Mixich vice iuris assessore, Paulo Sostarecz, iurato castellano arcis Lukauetz, facta sunt infrascripta iudicia.

Reassumpta antellati (!) fiscalis et actoris causa contra et adversus supra nominatas sagas in praeambulo praespecificatas sagas et in causam attractas.

Pro mentionato fiscali et actore egregius Balthasar Puskarich cum nostris, adeoque sufficienti iuridica facultate instructus procurator, producit earundem in causam attractarum torturalia examina numeris 1-mo, 2-ndo, 3-tio, 4-to, 5-to et 6-to signata, virtute quorum finale de iisdem in causam attratis peteret iudicium.

Deliberatum est: Productis inquisitionibus seu torturalibus examinibus in figura praesentis iudicii perlectis, beneque ruminatis, ac ad iudiciariam trutinam sumptis omnino propria supranotatarum in causam attractarum in productis sub numeris sex merita et nefanda scelera, nam modo erga revellationem (!) plurium complicum attestata sua morte etiam firmantium, verum et spontanea dictarum in causam attracta-

rum rellatione (!) extra etiam torturam constitutarum ratificatione, in atroci magiae delicto easdem omnes sex in causam attractas manifeste innodatas reperiri, his itaque compertis et adinventis easdem veluti taliter sagas iusto iudicio debitae subiiciendas poenae venire, quare ad detestandum horribile (!) eiusmodi crimen tam in promeritam lege divina et humana sancitam et ordinatam vindictam, caeteris (!) quoque terribile (!) in exemplum suprascriptae omnes sex in causam attractae rogo cremandae decernuntur et iudicantur.

Quantum autem respectu septimi, Nicolai utpote Deuutovich pariter in causam attracti praesenti iudicio repraesentatum et rellatum (!) haberetur, siquidem in accessu ad id iudicatam eidem torturam praevie sigilli adeoque pacti diabolici per magistrum iusticiae (!) (sedulo et iurato uti per dominos exmissos reffereretur (!) qaesiti) neutiquam tamen in toto eiusdem corpore reperti, concurrentibus pluribus rationalibus considerationibus et circumstantiis nocentiam aut innocentiam eiusdem in causam attracti respicientibus, aut ne fors respicere valentibus, cum eodem in causam attracto adhuc supersedendum, ac intuitu personae eiusdem iudicium prorogandum decerni, qui in ulteriori hicce custodia detinendus et asservandus decernitur.

Sigismundus Skerlecz, comes terrestris m.p.

Na poledini: Fasc. 8. nr. 2; Processus criminalis sagarum in anno 1734. die 26. et sequentibus in castello Lukauecz sub decursu iudiciorum generalium spanalium celebratorum

2.7.2.1.

Tužba protiv Margarete Susa

Prilog B:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Milos aliter Kiszelyak, agilis Michaelis senioris Sussa conthoralem veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, coram me Matthia Mixich, antelatae Universitatis nobilium Campi Turopolia substituto comite terrestri et capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis viris, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta. (!) Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retroactis eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu simulque persvasa, abrenunciando (!) ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni vero et sempiterno Deo suo, iuratam per prius fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus ecclesiae et Dei recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhesisset (!), et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurrisset, taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde sancitam super talismodi nefariis actibus magicis incurrere horruisset.

Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor, vigore articularum Posoniensium brevis processus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque vellut (!) modo praevio sagam ad revelandos complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subici (!), ex post vero ad horribile (!) aliorum exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die 12. mensis Ianuarii, anno 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus manu propria

Na poledini: B. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris contra et adversus Margaretam Milos aliter Kyzeliak, agilis Michaelis senioris Sussa conthoralem, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus in castello Lukavec praefixus pro die 26. modo currentis men sis Ianuarii anni 1734.

2.7.2.2.

Tužba protiv Margarete Kosković

Prilog C:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Pogledich, nobilis Stephani Koskouich conthoralem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, coram me Matthia Mixich, antelatae Universitatis nobilium substituto comite terrestri et simul capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis viris, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta (!). Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, villipenso (!) preciosissimo (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatismate fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum, memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, Beatae Virginis Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et convitiis (!) horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebellis facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius cum eodem demone quoque carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicitibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta ambulasset et volasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinae et grandinem cum complicitibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregatio-

nes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et peccoribus (!) per eiusmodi diabolicam artem et infascinationem nocuisset, quin imo (!) saepius etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset, persuasisset, induxissetque; denique animam et corpus suum infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidasset.

Peteret proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione totiesfatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iustitiam et iudicium sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subiici, ex post vero ipsi quidem in promeritam poenam, aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iustitia sic praecipientibus. Datum Also Lukauecz, die 12.-ma mensis Ianuarii 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus m. p.

Na poledni: C. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretam Pogledich nobilis Stephani Koskouich conthoralem, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus in castello Lukauecz praefixus pro die 26. mensis currentis Ianuarii 1734.

2.7.2.3.

Tužba protiv Margarete Škvorc

Prilog D:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Wchich, Georgii Skuorc conthoralem, veluti modalitate intrascripta sagam et in causam attractam, coram me Matthia Mixich, antelatae Universitatis nobilium Campi Turopolia substituto comite terrestri et simul capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis viris, occasione et praetextu universorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum, mota et erecta (!).

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retroactis, eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu simulque persvasa, abrenunciando (!) ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni vero et sempiterno Deo suo iuratum per prius fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adherendo (!), ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhesisset (!), et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurisset

(!), taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde sancitam super talismodi nefariis actibus magicis incurrere horruisset.

Ex eo vellet antellatus (!) fiscalis et actor, vigore articulorum Posoniensium brevis processus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevio sagam, ad revelandos complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subici (!), expost vero ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die 12. mensis Ianuarii, anno 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus m. p.

Na poledini: D. Originale actionis intronotati fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Wchich Georgii Skvorcz consortem, veluti modo intronotato sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauecz pro die 26. mensis currentis Ianuarii 1734.

Per eundem substitutum manu propria

2.7.2.4.

Tužba protiv Barbare Jurinić

Prilog E:

Actio generosi Matthiae Mudich, Universitatis nobilium Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Czandrekouich aliter Czuinek, nobilis Pauli Iurich aliter Kernyak conthoralem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, coram me Matthia Mixich, iamfatae Universitatis nobilium Campi Turopolia substituto comite terrestri, simul capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipensiosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatismis fonte cum Creatore suo inniti (!), tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blazfemiis (!) et conviciis horrendis (!) sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori

suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicitibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope, per aera, montes, colles, valles et deserta vollasset (!) et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruina, et grandinem cum complicitibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset et persuasisset, induxissetque ; denique animam et corpus suum infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidasset.

Peteret proinde mencionatus (!) fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et comissa (!) scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subiici, ex post vero ipsi quidem in promeritam poenam aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukavec, die 12. mensis Ianuarii 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus manu propria

Na poledini: E. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Czandrekovich aliter Czuinek, nobilis Pauli Iurinich aliter Kernyak conthoralem, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus in castello Lukauec praefixus pro die 26. mensis currentis Ianuarii 1734.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.2.5.

Tužba protiv Helene Arbanas

Prilog F:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus nobilem Helenam Iurinich aliter Kernyak, nobilis Stephani Arbanasz aliter Boltek conthoralem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, coram me Matthia Mixich, antelatae Universitatis nobilium Campi Turopolia substituto comite terrestri et simul capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis viris, occasione et praetextu certorum et diversorum actuum magicorum per eandem perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta. (!)

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso pretiosissimo Salvatoris nostri sanguine, pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptismatis fonte cum Creatore suo inniti (!), tum anno modo currente infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum, memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasphemis et conviciis horrendis (!) sprevisset, talisque Salvatori suo rebellis facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone camaliter convixisset, imo cum aliis complicitus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via, iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volasset et ambulasset; eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinae et grandinem cum complicitus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) saepius etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulsisset, persuasisset, induxissetque, denique animam suam et corpus infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidasset.

Peteret proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Regni Generalis Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus (!) delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem indicium et iustitiam sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda alia plura similia per eandem perpetrata et comissa (!) scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subici (!), ex post quidem ipsi in promeritam poenam, aliis vero horribile in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iustitia sic praecipientibus. Datum Also Lukauecz, die 12. mensis Ianuarii 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus m. p.

Na poledini: F. Originale actionis introdenotati fiscalis et actoris, contra et adversus Hellenam Iurinich aliter Kernyak, nobilis Stephani Arbanasz aliter Boltek conthoralem, veluti modalitate introdenotata sagam .et in causam attractam. Terminus in castello Lukauecz praefixus pro die 26. mensis currentis Ianuarii 1734.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.2.6.

Tužba protiv Doroteje Mudić**Prilog G:**

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus nobilem Dorotheam Trumbetass, nobilis olim Georgii Mudich relictam viduam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam coram me Matthia Mixich, ante dictae Universitatis nobilium Campi Turopolia substituto comite terrestri et simul capitaneo, caeterisque (!) iuris assessoribus et iuris peritis viris, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratarum et infra uberius exponendorum mota et erecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso preciosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptismatis fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currente infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et convitiis (!) horrendis (!) sprevisset, talisque Salvatori suo rebellis facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicitibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volasset et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinae et grandinem cum complicitibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et peccoribus (!) per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) saepius etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adgisset, compulisset, persuasisset, induxissetque, denique animam et corpus suum infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidasset.

Peteret proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Regni Generalis Decreti, aliarumque legum supra eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione totiesfatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iustitiam sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad dete-

genda plura alia similia per eandem perpetrata et comissa (!) scelera, pluresque complices revelandos, praevis torturae subiici, ex post vero ipsi quidem in promeritam poenam, aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari lege Regni et communi iustitia sic praecipientibus. Datum Also Lukavec,

12. mensis Ianuarii 1734.

Idem Matthias Mixich, substitutus m. p.

Na poledini: G. Originale actionis introserti fiscalis et actoris, contra et adversus nobilem Dorotheam Trumbetas, nobilis olim Georgii Mudics relictam viduam veluti modalitate introserta sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in Castello Lukavec pro die 26. mensis currentis Ianuarii 1734.

Per eundem substitutum manu propria

HR-HDA- 49. Plemenita općina Turopolje, kut.103, fasc.8, br.2,

2.7.3.

Lukavec, 23. studenoga 1733.

Parnica Plemenite općine Turopolje protiv Katarine Vrčković, Doroteje Leder, Barbare Košković i Margarete Majdak, zvane Sebinka, optuženih za vješticarstvo

Anno Domini 1733. die 23. mensis Novembris, in arce Lukavec Universitatis nobilium Campi Turopolja, omnino in districtu eodem et Comitatu Zagradiensi existente habita, per nos Georgium Pogledics praefatae Universitatis et Campi actualem comitem terrestrem, caeterosque (!) iuratos assessores facta sunt infrascripta iudicia.

Levata causa seu actio generosi Matthiae Mudics qua inclitae nobilitatis Campi Turopolja fiscalis et actoris, contra et adversus Catharinam Brigleuics, Georgii Verckouics contoralem (!), nec non Dorotheam Sipussics, Matthiae olim Leder, Barbaram Czigeitics, Georgii condam Koskouics aliter Sebina, et Margaretham Koskouich Sebinka dictam, Michaelis Maidak textoris, relictas viduas, veluti modalitate in infra producendis actionibus uberius denotata sagas et in causam attractas.

Pro actore egregius Iosephus Magdics cum nostris, adeoque sufficienti iuridica et procuratoria facultate instructus procurator, producit originalia actionis literis A., B., C. et D. notata et pro informatione inclitae Sedis quattuor similis sortis mulierum et sagarum torturalia examina et fassiones morte etiam authenticatas sub numeris 1-mo, 2-do, 3-tio et 4-to, vi quorum in conformitate praeerectae actionis de iisdem in causam attractis peteret iudicium et iustitiam sibi impendi et administrari.

Pro suprascriptis 4 in causam praetensive attractis et nominatis, nobilis Iosephus Raffay cum nostris praemissa in conformitate legum in omnem casum generali cautella et reserva, antequam ad praetensa producta legaliter opponat, dicit praetensa sub litteris A., B., C. et D. producta non esse pro tenore articuli 30., 1723. regulata, adeoque condescensionem obnoxia, quod et peteret cum reserva.

Pro actore protestatur super praemissa procuratoris in causam attractorum exceptione, et siquidem consideranti easdem actiones clare appareret, easdem pro more huiusce Campi ad conformitatem etiam praecitatae ab adnexo legis erectas et suscitatas esse, ideo sicut eadem exceptio nuda et assertiva evadit, ita pariter eandem iudicialiter seponi (!), et partem in causam attractam admeritorie responderi compelli petit et reservat.

Procurator in causam attractarum virtute citatae legis inter reliqua requisita essentialiter requiritur denominatio iudicis, coram quo causa controvertenda occurrit (!), et quia illud intermissum esset nesciretur iudicis competentia, et ideo uti supra.

Pro actore cum protestatione reponit in districtu huiusce Campi eiusmodi criminalium causarum nullum alium quam comitem terrestrem cum inclita Sede iudicem competentem esse, et parti in causam attractarum et eiusdem procuratori satis notum esse, hinc circa competentiam iudicatus sicut nulla oriri posset quaestio, ita quoque omissio eiusdem specificae expressionis tanto minus officere posset, quanto clarius est easdem actiones per substitutum comitem terrestrem (!) subscriptas esse, quare uti supra.

Pro in causam attractis reponit, per solam subscriptionem non doceri competentiam iudicatus, nisi praeambulum cum subscriptione concordet, et hinc cum in praebulo non extaret, coram quo causa suscitanda veniet, subscriptio etiam id ipsum non superaret, ideo refert se ad praemissa.

Pro actore notus est incliti huiusce Campi publicus magistratus quare uti supra.

Pro in causam attractis licet notus sit huiusce Campi magistratus, non constat tamen an in praesentiam eiusdem vel subscribentis causae diiudicatio inviata esset, ideo uti supra.

Deliberatum est : Ex quo praeinsertae omnes quatuor (!) in causam attractae pro hodierno iudiciorum termino ac loco more hactenus consueto sufficienter certificatae habeantur, publica vero et vulgari notitia autoritatis huiusce iurisdictionis et magistratus spectata simulque observata, sed et ipsa Campi consuetudine usu recepta modo praevio erectas (!) et nunc suscitatas contra praemissas in causam attractas subscriptione substituti comitis terrestris sufficienter iudicari authenticatas, adeoque secundum easdem qua tales reiecta eorundem procuratoris exceptione ulterius in merito procedi debere.

Pro superscripta Barbara Czygettis praetensive in causam attracta, procurator idem qui supra praevia super praemissa iudicialia deliberatione et appellatione, protestatione praetensae actionis merita contra ipsam erecta negat ex integro, et quia nulla ex praesumptis (!) ex parte fisci contra superscriptas in causam attractas probas attractam Barbaram Czygettich in merito contra ipsam praetensive erecto (!) simpliciter eandem petit absolvi et pro absoluta declarari.

Pro actore protestatur super negativa et reponit assertivum esse, quod contra superscriptam in causam attractam nullum ex praemissis millitet (!) instrumentis, cum clare contrarium ex productis sub Nro. 3 tio. et 4to. contrarium appareat, et manifeste exinde videre sit Catharinam Musekoukam et Barbaram Gyunlynkam contra eandem in causam attractam fassas fuisse, et illas revellasse (!), quare non subsistente eiusdem simplici negativa in conformitate praerrectae (!) actionis petit uti supra iudicium.

Procurator in causam attractae protestando reponit imprimis productum sub numero tertio esse quoddam simplex et omni authentica subscriptione carens, notatum cuiusdam personae in tortura existentis, nesciretur tamen cuius secundum vero unius et singularis personae, quae facile dolore aut horore (!) torturae, sive etiam odio vicinae personae fateri potuit veritati minus consona, sed et quemadmodum unius et singularis personae testimonium evaderet nullum, et nec ad sedem plenam minus ad sufficientem probam sufficeret, ideo reiectis iisdem praetensis testimoniis, et edocta praesumptae probae nulitate petit uti supra.

Pro actore imprimis reponit clari iuris esse magistratum publicum ad probas proprie sic dictas non obligari, et hinc praemissa torturalia examina non in vim probae sed praecise pro informatione inclitae sedis producta essent, interim praeterquam quod ex iisdem torturalibus fassionibus erectae (!) actionis sufficientissimum appareat fundamentum, etiam cum concursu publicae famae et suspicionis, et exinde promandae validissimae praesumptionis eadem torturalia examina plus quam semplenam imo (!) et sufficientem efficerent probam, nec obstat, quod ab adverso Nro . 3.tio notatum simplex et deffectibus ab adverso praetensive allegatis scatens dicatur esse scriptum, contra hoc namque militant (!) sequentia: primo, quod pluribus huiusce inclitae Sedis comembris constet idem instrumentum manu Stephani Domitrouics, huiusce Campi olim iurati, et in examine suprascriptae Barbarae Gyumlinkae de Sede exmissi, adeoque ex officio praesentis confectum sit; secundo, quia idem instrumentum inter acta publica huiusce Campi repositum, et ibidem hucusque asservatum fuisset, adeoque non obstante, quod subscriptum per inanimadvertentiam non sit, suo robore exui non posset, quo vero ad alias ex fundamento tenoris et aliarum supra praetensive allegatarum circumstantiarum rationes eadem si quidpiam operari valerent, manifeste sequellae esset nullam eiusmodi torturalem fassionem quidpiam operari valere, quod manifeste observatae in similibus praxi processuali et criminali repugnaret, quare reiecta procuratoris in causam attractae replica petit ut supra.

Pro eadem in causam attracta quamvis procurator actoris ex lege dicat magistratum nihil probare debere, ex lege tamen non evincit, quod fiscus sine legitimo fundamento et inquisitione procedere posset, quia si hoc admitteretur, et lege cautum non esset, plurima absurda in innocentium (!) personarum divexatione orirentur, quod autem praemissa praetensa documenta nec pro erectione (!) minus edoctione actionis sufficiant, docet manifesta producti Nro. 3.tio notati simplicitas, nam licet procurator actoris illud recognitione Sedis et documenti inter acta publica reinventione stabilire et legitimare adnitatur, pro primo quidem quia inclita Sedes in legitimationem praemissam via recognitionis se immittere non potest, nisi iudicem et testem (quod titulo. 15. partis 1-mae Prolog. vetitum haberetur) se manifestare vellet, sed etiamsi per insperatum eadem inclita Sedes iudicaria recognosceret idem scriptum esse scripti Domitrouicsiani, per hoc tamen idem non evaderet authenticum, et si hoc admitteretur, tunc quaevis scriptura Domitrouicsiana esset authentica; secundo, illud etiam in stabilimentum praetensi documenti nihil concureret (!), quod idem scriptum inter acta publica sit reinventum, quia repositiones ad archivia sive conservas publicas litterarum authenticarum lege statuta haberentur, adeoque inauthentica documenta licet ibidem inveniantur pro authenticis non habentur, caeterum ad productum Nro. 4.-to uti supra illud dicit singulare, et si tale in causis civilibus non sufficeret, minus in criminalibus tanquam causis delicatis admitteretur, et praesertim ex fundamento tali promandarum fassionum, quo facile quispiam innocentissimus metu torturae ad

fassiones se resolveret, quo in casu confrontatio quoque requiritur, ut tanto validius et veracius rei meritum elucescat, quae etiam intermissa, testimonium Nro. 4.-notatum irritum facerent, ideo uti supra.

Pro actore ad allegata procuratoris in causam attractae sat fuse deducta dicit, quod sufficiens fundamentum actionis ex praemissis iteratis et duplicis ordinis elicitis, et morte quoque authenticatis fassionibus magistratus publicus habuerit, et actu etiam habeat, hoc ita certum est, quod nec ipsemet procurator in causam attractae rationaliter negare valeat, concurrenteque (!) ad hoc publica fama et suspicione, ipsiusque partis in causam attractae hic in iudicio visae conditione, et observatis in eadem palpabilibus quasi circumstantiis, validissimam de culpabilitate eiusdem in causam attractae praesumptionem inducentibus, quod eadem pars in causam attracta ultra quam semiplena proba gravetur evidentissimum est, ideo non obstantibus per procuratorem in causam attractae aductis (!) rationationibus ex ea etiam ratione, quod eiusmodi magiae vitium in hoc Campo adeo frequens et diffusum sit, ut inquisitio quoque citra evidens vitae discrimen, aliarumque rerum et facultatum iacturam colligi nequeat, neque ipsi per similes artes magicas iniurati et damnificati iniurias suas detegere et fateri ausint, minus confrontationes quaequam fieri possent, referendo se ad praevia sua, petit uti supra, et ut procurator in causam attractae respectu reliquarum etiam principalium suarum nefors parem cum suprascripta in causam attracta defensam habentium agat sibi incumbentia eundem iudicialiter commoneri instat.

Pro eadem in causam attracta frustra procurator actoris in consolidationem praetensorum productorum allegat publicam famam et suspensionem (!), quae nec verificatur, nec verificari etiam potest, nisi ex concursu legitimorum indiciorum, quae inditia (!) quemadmodum non clarerent, ita etiam rationem publicae famae et suspicionis (!) non solidarent, caeterum (!) pro ratione intermissae confrontationis procurator actoris pariter frustra allegat metum magiae cum in vinculis constituta et condemnata praetensive fatens ex ratione necessariae cum moderna praetensa in causam attracta confrontationis in talem metum cadere non potuit, et hinc cum suprascripta ab adverso praetensa producta nec praemissis praetensis rationibus solidata haberentur, indubie in censuram praeallegatam caderent, cui pariter ut iudicaria autoritate subiiciantur, procurator idem in causam attractae eo etiam accedente, quod fassionibus talium personarum arte diabolica infacinarum (!) nulla fides adhiberi deberet, cum diabolus ac perconsequens etiam persona eidem alligata et subiecta, ex natura sua in odium et persecutionem innocentis (!) personae tenderet, subiectos vero sibi omni conatu uti ex diversorum torturalium examinum fassionibus eruibile est tutaret, quod colligitur etiam ex eo, quia torturalia eadem examina, sine cuiusvis remotioris a factibus personae specificatione praecise proximas et vicinas personas tangerent, unde praesumitur, quod eaedem praetensae fassiones veritati conformarentur, remotiores etiam personas (quae in similibus sagarum consortia undeque confluere, exemplis plurium torturalium examinum docerentur) involverent, et non praecise vicinas personas (quae ex quotidiana familiaritate cuilibet torturali horore et metu praesto, ut tanto citius a cruciatibus et doloribus relevari possit extra omnem casum complicitatis occurrerent (!)) exprimerent, quare uti supra.

Pro actore et super immediate praemissis procuratoris in causam attractae allegatis protestando reponit, immediate praemissa eiusdem allegata si paenitius considerentur, plus contra, quam pro parte in causam attractae militarent (!), si enim verum

est, quod ex eiusmodi torturalibus fassionibus verificetur, sagas ex pluribus locis ad unum determinatum concurrere (!) solere, ratio nulla subversatur, cur non etiam quo ad revelationes et specificationes talismodi arte diabolica irretitarum personarum credi debeat, nec obstat, quod ab adverso allegetur odium talium personarum adversus alias, nam si quid talis subesse posset utique contra alias etiam innocentes (!) et inoxias (!), in quas alioquin nulla cadit suspicio, fateri solerent, quod tamen vix aliquando accidisse communi experientia constat, hinc concurentibus pluribus eiusmodi fassionibus contra eandem in causam attractam factis et in idem coincidentibus aliisque supra allegatis indiciis et praesumptionibus petit uti supra.

Pro eadem in causam attracta si etiam eadem praetensa producta non obstantibus praeallegatis rationibus per inconcessum solidari possent, adhuc tamen ultimo allegatae rationes in partis in causam attractae alias praeter suprainserta praetensa producta, nulla allia (!) legali suspicione innodata innocentiam (!) satis clarificarent, et ideo ex concursu attactarum rationum petit uti supra petiisset.

Deliberatum est: Disputatum per procuratorem in causam attractae Domitrouicsianum documentum sive examen torturale tanquam ex superioritatis commissione confectum, manuque veluti Campi iuris assessoris scriptum, et pro tali plurium dominorum coassessorum scitu ac voto recognitum, absque omni incitatum prologialem titulum incursu tanquam iudicantium et recognoscentium nullam interesentiam (!) involvendo, pro valido et sufficienti agnosci, cui siquidem aliud etiam examen torturale Nro . 4.-to notatum, aequaliter in substantia coincidat, neque in similia oculatorum (!) delictorum sufficientem cognitionem secus veniri possit, nisi ex fundamento talium fassionum etiam morte authenticatarum, ideo ex ratione praemissorum productorum, et gravitate actionatorum delictorum, ibidemque postulatae per procuratorem fiscalem torturalis adiudicationis praedictam in causam attractam communi voto omnium torturae adiudicari, qua peracta finale feretur iudicium.

Pro in causam attracta protestatur super iudicaria deliberatione et ulterius in sua serie occasione praesentis processus reservat, quo facto.

Pro Catharina Brigleuics, Georgii Verckouics consorti, procurator idem qui supra cum protestatione reponit, tametsi eadem in causam attracta magiae praetensive insimulata, in ius praetensum vocata esset, quod tamen nullo onere iudiciali gravari possit, docet sequentibus rationibus: primo quidem, quod Magdalenae Hagycs examen torturale unius et singularis personae esset, et in rationes de sufficienti testimonio nulitatis (!) caderet; secundo idem torturale examen posito per inconcessum admitti deberet, quia tamen illud ac tale ibidem inserta fatens morti proxima et cum Deo coniuncta (probantibus id ipsum testibus ibidem praesentibus, nobilibus videlicet Michaele Nunkouics, Georgio Ianessics et provido Ioanne Czvetko, quos et peteret examinari) recolecta cessantibus aliquantisper torturae doloribus, et considerans strictas coram divino tribunali de se ac suis gestis dandas rationes, revocavit, hinc idem praetensum torturale examen ex gravitate torturalium dolorum in perniciem innocentium (!) personarum, ac per consequens eiusdem in causam attractae evaderet nullum, quod et peteret tale considerari, eandemque in causam attractam velut nullo fundamento gravatam absolvi.

Pro actore protestatur super praemissis procuratoris in causam attractae respectu Catharinae Brigleuics, consortis Verckouicsianae factis allegatis, et antequam ultro passum faciat, ut procurator in causam attractae ex parte aliarum quoque principa-

lium suarum parem ne fors deffensam habentium, meritoriam instituat responsionem, instat et eo facto acturus est sibi incumbentia.

Pro eadem in causam attracta protestatur super allegatis ab adverso, et dicit cum diversorum diversa sit ratio, ideo etiam ad extensionem allegatorum suorum quo ad suprascriptas in causam attractas procurator earundem cogi non potest, nihilominus tamen quo ad revocationem torturalis examinis Musekouicsianae reproducit eundem quem supra nobilem Michaellem Nunkouics, quo praesente eadem torturata fatens morti proxima et in rogo iam existens, complicitatem suprascriptarum Barbarae et Margarethae Sebina, ex gravitate torturae fassam revocavit, unde petit eosdem testes in tantum in quantum producti essent examinari, et respective uti supra absolvi, caeterum autem reservat.

Deliberatum est : Ex consideratione plurium tam criminalium aequae ac civilium pro hoc termino concurrentium (!) causarum moneri procuratorem in causam attractae, ut pro lucrando tempore respectu aliarum quoque duarum in defensam suam sumptarum in causam attractarum meritorie respondeat, ut eo facto tam ex praemissis immediate allegatis, quam et pro residuis in causam attractis allegandis uno contextu deliberari possit.

Pro suprascriptis Dorothea vidua Lederkiana, et Margaretha Koskouics sive Sebinka, praetensive in causam attractis, totalia contra easdem erectae actionis merita negat, et ubi superius producti testes examinati fuerint, ulterius reservat.

Pro actore protestatur super insufficienti et indirecta procuratoris in causam attractae ex parte duarum ultimi ordinis principalium suarum facta negativa, et litis contestatione, quo in passu antequam procurator actoris ultro aliquid agat, ut tam respectu earundem, quam et consortis Verckouicsianae plenius lis contestetur, petit et reservat.

Procurator in causam attractae ex parte etiam Verckouicsianae erectae contra eandem actionis merita ex integro negat, et ad caput extendendo praemissam negativam etiam quo ad immediate praecedentem hanc allegationem duas, reservatque uti supra.

Pro actore antequam adhuc ultro agat, cupit per procuratorem in causam attractae declarari, an respectu etiam duarum ultimi ordinis in causam attractarum provocet se ad aductos (!) et examinari petitos testes.

Pro in causam attracta refert se ad praemissa allegata sua et petit deliberari, reservat nihilominus uti supra in suo rigore relicta.

Deliberatum est : Licet quidem ad instantiam procuratoris in causam attractae allegative deductam, testes eisdem allegatis inserti, ad iudicium separatim vocati et examinati id confessi fuerint, quod iustificata Magdalena olim Hagych in loco supplicii actualiter expedienda dixerit : "Quidquid contra aliquos dixi, id mea canina lingua dictum fuisse declaro", non tamen titulo vere revocatorio idem expressisset, consequenter uti rationabiliter praesumi potest, per confessarium disposita ex motivo omnium iniuriarum proximis suis forte causatarum dictum et intellectum fuisse debere, quod vel ex eo manifeste ellucitur, simulque probatur, quia plures personae per ipsam Hagychianam sub examine torturali pro complicibus et magicorum delictorum reis revellatae (!) fuissent, quae post fata eiusdem debite interceptae et iudicio mediante etiam torturae subiectae semet pro veris sagis confessae, aliasque complices suas intra et extra torturam fassae, easdemque fassiones morte etiam firmasse, ipsis authenticis hic in iudicio productis examinibus torturalibus sufficienter edoctum fui-

sset; et ideo praemissam revocationem sub antesertis rationibus intelligi fuisse debere factam, et per consequens praemissam Briglevichianam Georgii Verchkouich conthoralem et in causam attractam sublevare non posse, quae ex eo prout et residuae duae, utpote Dorothea Sippussich relicta Leder, et Margaretha Koskovich relicta pariter cuiusdam textoris Michaelis N., pro sui expurgatione praeter simplicem negativam nihil adducentes in contrarium, porro per fiscalem procuratorem repetitas torturales fassiones itidem hic in iudicio satis ponderatas in opositum (!) productas habentes voto communi torturae adiudicantur, qua peracta finale pronuntiabitur iudicium .

Gabriel Skerlec, Universitatis nobilium Campi Turopolya notarius m .p.

Anno Domini suprascripto, die vero 22. mensis Decembris, in eodem castello Luka-vecz, per me infrascriptum Universitatis nobilium Campi Turopolya comitem terrestrem, praesentibus eotum et ibidem perillustribus, generosis et egregiis dominis, Paulo Pogledich, Gabriele Skerlec, iurato Campi notario, Ladislao Plepelich, Matthia Gallovich, vice comite terrestri, Francisco Mvdich, antiquo fiscali, Christophoro Suvstovich vice iuris assessore, Georgio Simer, Paulo Sostaracz castellano, Matthia Sippussich, famulo Communitatis, Marco Katulich et Ioanne Havidich, famulo Communitatis montanistico.

Reassumpta antelati fiscalis et actoris causa contra supranominatas sagas et in causam attractas, dempta sola Dorothea Sipussich, Matthiae olim Leder relicta, quae post torturam extincta est, et praemissis praevie praemitti assolitis, iam combusta haberetur.

Pro mentionato fiscali et actore egregius Petrus Kalman cum nostris, adeoque sufficienti iuridica facultate instructus procurator, producit earundem in causam attractarum torturalia examina numeris 3.-tio, 6.-to et 10.-mo signata, virtute quorum finale de eisdem in causam attractis peteret iudicium.

Deliberatum est: Productis praemissis torturalibus suprascriptarum confessionibus, earundemque gravitate ad legalem et iuridicam considerationem reducta et accommodata manifesta delicta magica, et abnegationem Dei omnipotentis Salvatoris nostri per easdem exercitam comperiri, quare tot et tantis earundem sceleribus et delictis non aliud exigentibus, quam easdem solita poena rogo (quantumvis asperiore (!) etiam nonnullae ex iisdem prout ex examine et relatione peracta pateret, poenam promeritae extitissent, nihil omminus (!) diuturno carcerum squalore, frigorisque perpeso rigore in reflexionem sumptis) praevia suffocatione cremandas decerni.

Per me Sigismundum Skerlec, comitem terrestrem m. p.

Na poledini: Processus criminalis Catharinae Briglevich cum complicitibus suis in arce Lukavec die 23. Novembris celebratus (!)

2.7.3.1.

Tužba protiv Katarine Vrčković

Prilog A:

Actio generosi domini Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Catharinam Briglievics, consortem vero Georgii Verchkovics, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione

et praetextu diversorum actuum magicorum, per eandem vero in causam attractam perpetratorum et inferius exponendorum mota et erecta.

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retroactis idem (!) in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu, simulque persvasa, abrenunciando (!) ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni et vero Deo suo iuratam perprius fidem abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurisset (!), taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde super talismodi nefariis actibus magicis sancitam incurrere horuisset (!) .

Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor, vigore articulorum Poseniensium brevis processus super eiusmodi actibus magicis conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevis sagam, ad revellandos (!) complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subiici, expost ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam vel prout iuri et iustitiae visum fuerit, morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini: A. Originale actionis fiscalis et actoris contra et adversus Catharinam Bri-
gleuich consortem vero Georgii Verchkouich, veluti modo introscripto sagam et in
causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukavec pro die 23. modo curren-
tis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.3.2.

Tužba protiv Doroteje Lader

Prilog B:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Dorotheam Sippussich, nobilis olim Matthiae Lader relictam viduam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta.

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito (!) Dei hominumque timore, iusticiaque (!) ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso preciosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatismis fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ip-

sum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et conviciis horrendis (!) sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta vollasset (!) et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruina et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumsisset (!), taliterque modalitate homines necessarii vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compullisset (!), persuasisset, induxissetque; denique animam et corpus suum infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidasset.

Peteret proinde memoratus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus (!) delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et comissa (!) scelera, pluresque complices revellandos (!), praeviae torturae subiici, exopt vero ipsi in promeritam quidem poenam, aliisque vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukaecz, die quinta mensis Novembris anno 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini: B. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris contra et adversus Dorotheam Sippussich nobilis olim Matthiae Lader relictam viduam, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam.

Terminus praefixus in Castello Lukavecz pro die 23 mensis Novembris 1733. Per eundem substitutum.

2.7.3.3.

Tužba protiv Margarete Majdak

Prilog C:

Actio generosi domini Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Koskovich Sebinka dictam, Michaelis olim Maidak textoris relictam viduam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem

vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta.

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retro actis (!) eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu, simulque persvasa, abrenunciando (!) ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni et vero Deo suo iuratam per prius (!) fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurrisset (!), taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde super talismodi nefariis actibus magicis sancitam incurrere horuisset (!) .

Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor, vigore articulorum Posoniensium brevis processus super eiusmodi actibus magicis conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevio sagam, ad revelandos complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subiici, ex post ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam vel prout iuri et iustitiae visum fuerit, morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledni: C. Originale actionis fiscalis et actoris contra et adversus Margaretham Koskouich Sebinka dictam, cuiusdam Michaelis Maidak textoris relictam viduam, veluti modo intranotato sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukavec pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.3.4.

Tužba protiv Barbare Košković

Prilog D:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Czigetich, nobilis olim Georgii Koskovics aliter Sebina relictam viduam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta.

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem eadem quoque in causam attracta creata esset, vilipenso pretiosissimi Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatism fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque

diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et conviciis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volasset et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinae et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset, persuasisset, induxissetque; denique animam et corpus suum infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidando.

Praeterea proinde memoratus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subiici, ex post vero ipsi quidem in promeritam poenam, aliisque vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukaecz, die quinta mensis Novembris anno 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini: D. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris contra et adversus Barbaram Czigetich nobilis olim Georgii Koskouich Sebina dictum relictam viduam, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam.

Terminus praefixus in Castello Lukavecz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733. Per eundem substitutum.

HR-HDA-49, Plemenita općina Turopolje, kut 103, fasc.8, br.8

2.7.4.

Lukavec, 23.studenoga 1733.

Parnica Plemenite općine Turopolje protiv Katarine Celić, Barbare Andrijević, zvane Kvinta, Barbare Krapec i Ane Đurak, optuženih za vješticarstvo

Anno Domini 1733. die 23. mensis Novembris, in arce Lukavec Universitatis nobilium Campi Turopolia, omnino in districtu eodem et Comitatu Zagradiensi existente habita, per nos Georgium Pogledich, praefatae Universitatis et Campi actualement comitem terrestrem, caeterosque (!) iuratos assessores facta sunt infrascripta iudicia. Levata causa seu actio generosi domini Matthiae Mudich qua inclitae nobilitatis Campi Turopolia fiscalis et actoris, contra et adversus Catharinam Kosz, nobilis olim Nicolai Chelich relictam, Barbaram Gyumber aliter Czvetko, Georgii Andrievich aliter Quinta consortem, Barbaram Musek, Laurentii olim Krapecz relictam, Annam natione Carniolam, et ut refertur Matthiae Gyurak consortem, veluti in actionibus infra producendis sagas et in causam attractas.

Pro actore egregius Josephus Magdich cum nostris, adeoque sufficienti iuridica procuratoria facultate instructus procurator, produxit originalia actionis, litteris K., L., M., N. notata, et ad latus eiusdem pro informatione dumtaxat inclitae sedis certam inquisitionem sub Nr. 9. et 10. contra Annam consortem Gyurak et Barbaram Gyumber, Georgii Quinta consortem deservientem, in reliquo autem respectu reliquarum provocat se ad certa torturalia examina aliarum similis sortis foeminarum die hodierna in aliis binis levatis producta, et numeris 1., 2., 3., 4., 7. et 8. signata, virtute quorum in conformitate productarum actionum peteret iudicium et iustitiam sibi impendi et administrari et reservat.

Suprascripta Catharina Kosz, Nicolai olim Chelich relicta vidua negat totalia actionis suae producta merita et ad caput.

Pariter et alia suprascripta Barbara Chumber aliter Czvetko, Georgii Andrievich aliter Quinta conthoralis, personaliter ad iudicium comparens negat productam actionem et eius totalia merita, et ad caput.

Post haec Barbara Musek, Laurentii olim Krapecz relicta vidua, aequae ad iudicium in persona ducta, negat totalia contra se erecta et supra producta actionis merita et ad caput.

Ac tandem anterecensita natione uti referunt Carniola, Anna nobilis Matthiae Gyurak conthoralis, ad iudicium vocata et personaliter adstans, productam actionem et eiusdem universa merita negat, et ad caput.

Pro actore protestatur super praemissis partium in causam attractarum negativis, et siquidem contra supra producta torturalia examina, et in iisdem elicitas fassiones, productasque inquisitiones, necnon publicam et communem famam et suspicionem, exindeque emmergentem(!) iuris praesumptionem praemissae negativae subsistere neutiquam valerent; hinc secundum continentias productarum inquisitionum et praemissa examina torturalia in conformitate perretractarum actionum petit iudicium.

Deliberatum est, siquidem praescriptarum in causam attractarum simplicibus negativis pro expurgatione et exculpatione nec ratione nec lege locus dari possit, sed neque debeat, ipsaeque in causam attractae nullum prorsus probandae innocentiae suae aducant fundamentum; procurator autem fiscalis praedictis earum negativis adversas et quidem authenticas, satisque convincentes inquisitiones et examina torturalia legaliter opponat, quorum accurate consideratis gravitatibus ipsas in causam attractas examini torturali subiiciendas inveniri ac simul decerni, quo peracto finale feretur iudicium.

Gabriel Skerlec, Campi praefati notarius manu propria

Anno eodem quo supra, die vero 22. mensis Decembris.

Reassumpta supranominati fiscalis et actoris, contra et adversus supra ordine specificatas sagas et in causam attractas causa.

Procurator mentionati fiscalis et actoris, egregius Petrus Kalman cum nostris, adeoque sufficienti procuratoria et iuridica munitus facultate, producit torturalia examina antenominatarum Annae Gyurak sub numeris 1., Catharinae Kosz 7., Barbarae relictae Laurentii Krapecz sub 9., ac tandem Barbarae Quinta sub 12., quae quamvis secundo torturae imposita fuisset, nihil aliud praeterquam quod saga sit, fassa extitisset, et aliunde etiam sigillum in corpore eiusdem diabolicum adinventum est, svadente nihilominus angelo eiusdem maledicto et infrnali, qui in genibus torturatae toto torturae tempore, uti eadem iustitiae executori retulisset et revelasset, se debet, loqui haud permissa fuisset, adeoque totaliter tacendo fidem suam eidem, cui iuraverat, constanter conservavit. Quare tamen virtute praevie productorum torturalium examinum, quam et ultimo nominatae torturatae bis, nihilque fatentis, quin imo (!) in fide diabolo suo data fortiter perseverantis, seseque manifestam sagam tacentis, de iisdem omnibus in causam attractis finale expostulat iudicium.

Deliberatum est, productis praemissis torturalibus suprascriptarum confessionibus, earundemque gravitate ad legalem et iuridicam considerationem reducta et accomodata manifesta delicta magica, et abnegationem Dei omnipotentis Salvatoris nostri per easdem exercitam comperiri, quare tot et tantis earundem scheleribus (!) et delictis non aliud exigentibus, quam easdem solita poena, rogo (quantumvis asperiores etiam nonnulla ex iisdem prout ex examine et relatione (!) peracta pateret, poenam promeritae extitissent, nihil omminus (!) diuturno carcerum squalore, frigorisque perperesso rigore in reflexionem sumptis) praevia suffocatione cremandas decerni.

Per me Sigismundurn Skerlec, comitem terrestrem m. p.

Na poledini: Processus Chelichianae Quinticze Krapicuae et Gyurachk cum suis accessoriis die 24. mensis Novembris anno 1733. celebratus.

2.7.4.1.

Tužba protiv Ane Đurak

Prilog K :

Actio generosi domini Matthiae Mudich, qua universitatis nobilium Campi Turopolja fiscalis et actoris, contra et adversus Annam natione Carniolam, ut refferunt (!), nobilis Matthiae Gyurak conthoralem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno ad id inducta et concitata spiritu, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso preciosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmati fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus,

idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blazfemiis (!) et conviciis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebellis facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem iurasset suam, suam imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volasset et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruina et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeter pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo(!) etiam e vivis sustullisset (!), et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset, persuasisset, induxissetque, denique animam et corpus infensissimo humani generis hosti diabolo immollasset (!), taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidando.

Praeter proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem indicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revellandos (!), praevisse torturae subiici, ex post vero ipsi in promeritam quidem poenam, aliis vero horribille (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukauecz, die quinta mensis Novembris 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum manu propria

Na poledini : K. Originale actionis intromentionati fiscalis et actoris, contra et adversus Annam natione Carniolam, ut refferunt nobilis Mathiae Gyurak conthoralem, veluti modo intromentionato sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauecz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.4.2.

Tužba protiv Barbare Krapec

Prilog L:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Musek, Laurentii olim Krapecz relictam vi-

duam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam per-petratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta (!).

Qualiter videlicet annis et temporibus abhinc retroactis eadem in causam attracta, nescitur quo diabolico circumventa spiritu, simulque persvasa, abrenunciando(!) ip-simet sanctissimae Trinitati, sicque uni et vero Deo suo iuratam per prius fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad eas-dem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurrisset, taliterque ma-nifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni De-creto passim hinc inde super talismodi nefariis actibus magicis sancitam incurrere horuisset (!).

Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor vigore articulorum Poseniensium brevis proces-sus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevis sagam ad revellandos(!) compli-ces et detegenda schelerata (!) sua facta primo torturae subiici, exposit ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari. Datum Lukauecz, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini : L. Originale actionis fiscalis et actoris contra et adversus Barbaram Mu-sek, Laurentii olim Krapecz relictam viduam, veluti modo introscripto sagam et in cau-sam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauecz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.4.3.

Tužba protiv Barbare Adrijević

Prilog M:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Chumber aliter Czuetko, Georgii Andrievich ali-ter Quinta conthoralem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam per-petratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta.

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso pre-ciosissimi Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis pro-fuso, foederisque in sacro baptizmatism fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque

diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium vivum Dei unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et conviciis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volasset et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinae et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et peccoribus (!) per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) etiam e vivis sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset, persuadisset, induxissetque; denique animam et corpus infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidando.

Praeterea (!) proinde memoratus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus(!) delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iustitiam sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura similia alia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revelandos, praevie torturae subiici, ex post vero ipsi in promeritam quidem poenam, aliisque vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iustitia sic praecipientibus . Datum Also Lukauetz, die quinta mensis Novembris anno 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini : M. Originale actionis intronominati fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Chumber aliter Czvetko, Georgii Andrieuich aliter Quinta conthoralem, veluti modo intronominato sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauetz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum manu propria

2.7.4.4.

Tužba protiv Katarine Celić

Prilog N:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Catharinam Koosz, nobilis olim Nicolai Czellich relictam

viduam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et erecta. (!)

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retroactis eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu simulque persvasa, abrenuntiando ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni et vero Deo suo, iuram per prius fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurrisset, taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde super talismodi nefariis actibus magicis sancitam incurrere horruisset. Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor, vigore articulorum Poseniensium brevis processus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevio sagam, ad revelandos complices et detegenda scelerata sua facta, primo torturae subiici, ex post ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum m. p.

Na poledini: N. Originale actionis fiscalis et actoris contra et adversus Catharinam Koosz, nobilis olim Nicolai Czellich relictam viduam, veluti modo introserto sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauecz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.4.5.

Istraga protiv Ane Đurak

Prilog br.9:

Anno Domini 1733. die 9-na mensis Octobris, in domo nobilitari nobilis Pauli Koosz, famuli Comunitatis (!) nobilium de Verhovje, possessione Dragonszc, iurisdictione Campi Turopolja et Comitatu Zagrabiensi existente et erecta (!), facta est per me infrascriptum vigore comissionis (!) perillustris ac generosi domini Matthiae Mixich, praelibati Campi substituti comitis terrestris, ad legitimam vero requisitionem egregii Matthiae Mudich, praeinserti Campi fiscalis, contra et adversus Annam natione Carniolam, ut refferunt (!), nobilis Matthei Gyurak conthoralem, occasione (!) actuum magicorum per eandem perpetratorum infrascripta inquisitio modo sequenti (!).

Prima in ordine testis nobilis Dorothea Czelich, nobilis olim Martini Gyurak relicta vidua, ex possessione Dolny Dragonszc, annorum circiter 44., adiurata, examinata, fassa et attestata est scitu: da visse od dvadeszeth leth ie dosla za pokoinoga szvoiega goszpodara, i dobro zna, gda ie szpomenuta Anna dosla za Matheja Gjuraka, zathem, da ienkrath szpomenuta Anna povadila sze ie bila sz pokoinem szvedoka goszpodarom pred okolu szedemnaisztemi lethmi, szvedok zroka, zakai szu sze bili povadili pravo ne more pametiti, nego valuie tho, da ie govorila imenuvana Anna vu szvoie

kuhinie, kade i nje goszpodar Mathek Gyurak ie bil nazochi, da bih ona vchinila szvedoka goszpodaru, da bih mu vuk vszu marhu poklal, nego da na szvedoka gledi, da vnogo krath vu zachebbe dobro szpomenute Anne vuchini, na koie rechi rekel ie gore napiszani Mathe Gyurak: "Muchi bestija, kai vraga govoris, da bih tho van izeslo, kai bih vragh sztoga bilo, a znas li koga vraga ne bi", y od potlam szvedok od vuka vnogo pri marhe kvarna ie; zathem pred jedno szedmemi lethmi, zaklal ie vuk (venia verbo) kravu iednu szvedoku vu hlevu, kai zaznavssi imenuvana Anna, dosla ie k szvedoku govorechi: "Moia sztrina, da bih vi mene dali the zaklane krave mesza, ia bih nyega vu vas hlev vergla i vchinila bih, kak vam ne bih nigdar vech nikai vuk zaklal. Na tho szvedok odgovorila ie, da neka doklam szvoiemu goszpodaru ne pove, y kada bi mu byla szvedok povedala, prevovedal ie pokoini szvedoku, da szpomenuthe Anne iz thoga mesza vu hlevf (!) ni malo metati ne da, a da ie ga nai da, kai sze ga naje, koiega kada ie ga ie davala, opitala ie Anna szvedoka, iel ye rekel goszpodar deti mesza vu hlev, koia szvedok odgovorila ie, da ne. Onda rekla ie Anna: "Kai mu drago, kada mu ne zasze, nai mu ne bude ni za me".

Secundus testis nobilis Matthias Kernyevich ex possessione Inferiori Dragonosc, annorum circiter 40., adiuratus, examinatus, fassus et attestatus est scitu: "Da pokoini otecz szvedoka bil ie ienkrath izbil imenuvanu Annu, za koiem boiem chez ieden tje-den bil ie obetesal, vu koiem betegu poszlal ie pokoini otecz szvedoka po szvoiega szinovcza da k njemu doide i odnesze na konju onak betesnoga pokoinomu goszponu spanu Vagichu; koj szinovecz kada ie dossel, rekel ie pokoinomu szvedoka otczu: "Ja idem po nju, tho ie imenuvanu Annu, moribiti vam odchini", kak i ie vuchinil. Koia szinovczem dosla ie, i pokoinomu okolu glave zachela pipati, potlam ruku na glavu vergla, zatem chez tri dni pokoinomu ie odlehnulo, ali potlam vendar nigdar ne bil kipe niti pravo zdrav, i onak ie vumerl. Zatem szvedok valuval ie, da ienkrath, kada sze ie pokoini otecz szvedoka z imenuvanum Annum karal, rekla mu ie: "Neches para ni dusse pusztiti, doklam ti ie ia ne dosztresem"; poveda szvedok, da tak i ie doslo, potlam tulikajsse szvedok valuval ie, da ie chul govorech imenuvanu Annu, nektere sene Koosza ischu: "Ja lisztor vtergnem leszkovu sibu y vu teszto zabodem kvasz mene dosztha zide. "

Tertius testis nobilis Nicolaus Janczetich ex possessione Markussevecz, annorum circiter 40., adiuratus, examinatus, fassus et attestatus est scitu: da pred okolu iedno tremi lethmi bil ie iako betesen sztrichich szvedoka Mihail, vu koiem betegu poszlal ie po gore napiszanu Annu, da bi ga vrachila, koja dosla ie, nyega betesnoga vrachila, banjala i kupala, zatem vzela ie iednoga velikoga bednya obruch i na verth zaneszla. Sztrichich betesen moral ie na verth zaiti, Anna obruch zdignula ie, vu koiega betesnik pokleknuti moral ie, koiemu Boga moliti ie rekla, Anna za njim klechala ie chez iedno peth otecznassev, i tho bilo ie vu jutro; szvedok na prelazu gledel ie, potlam betesnika z obrucha zdignula ie i rekla mu, da sze nai ne ogleda; koga vu hisu ie zapelyala, potlam vendar ne ozdravel, koia Anna ie govorila i proszila: "Nepovedaite Markulinke zatho, bude sze na me karala." Datum ut supra per me Georgium Szmendrovich, praelibati Campi iuratum. Idem m. p.

Na poledini: 9. Inquisitio contra Annam, Matthiae Gyurak consortem velut sagam, in anno 1733. collecta.

2.7.5.

Lukavec, 23. studenoga 1733.

Parnica Plemenite općine Turopolje protiv Barbare Bogdan, Barbare Ladešić (Ladišić), Barbare Mander, Margarete Bartalčić i Barbare Radinović, optuženih za vješticearstvo

Anno Domini 1733. die 23. mensis Novembris in arce Lukavec Universitatis nobilium Campi Turopolja, omnino in districtu eodem et Comitatu Zagradiensi existente et habita, per nos Georgium Pogledich praefatae Universitatis et Campi actualem comitem terrestrem, caeterosque (!) iuratos assessores, facta sunt infrascripta iudicia.

Levata causa seu actio generosi domini Matthiae Mudich qua inclitae nobilitatis Campi Turopolja fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Ioannis Bogdan et aliam Barbaram Rukovich Georgii Ladessich, sic et tertiam Barbaram Mehanovich Ioannis Mangyer ac Margaretham Korenika Matthiae Bartalchich consortes et demum Barbaram Ioannis Radinovich relictam, tanquam in actionibus infra producendis circumscriptas fusiusque denotatas sagas et in causam attractas.

Pro actore: egregius Josephus Magdich adeoque sufficienti et iuridica et procuratoria facultate instructus procurator producit originalia actionis sub litteris E.,F.,G.,H. et I. ac ad latus earundem pro informatione inclitae Sedis binas inquisitiones sub numeris quinto et sexto Margaretham Korenika et Barbaram Vukovich tangentes nec non bina torturalia examina numeris 7. et 8. notata, vigore quorum in conformitate proerectarum actionum peteret iudicium et iustitiam sibi impendi et administrari.

Suprascripta Barbara Ioannis Bogdan consors, personaliter adstans negat totalia actionis producta merita et ad caput.

Pariter et alia suprascripta Barbara Vukovich Georgii Ladissich consors personaliter ad iudicium comparens negat productam actionem et eius totalia merita et ad caput.

Post haec Barbara quoque Mehanovich Ioannis Mungyer consors aequae ad iudicium in persona aducta negat totalia contra se errecta et supra producta actionis merita et ad caput.

Nec secus pariter suprascripta Margaretha Korenika Matthiae Bartolichich consors in figuram iuris aducta errectam contra se actionum et eiusdem integralia merita negat et ad caput.

Ac tandem ante recensita quoque Barbara Ioannis Rudinovich relicta ad iudicium vocata et personaliter adstans, productam actionem et eiusdem universa merita negat ad caput.

Pro actore: protestatur super praemissis partium in causam attractorum negativis et siquidem contra supra producta torturalia examina et in iisdem edicitas (!) fassiones productasque inquisitiones nec non publicam et comunem (!) famam et suspicionem exindeque subsistere neutiquam valerent. Hinc secundum continentias productarum inquisitionum et praemissa examina torturalia in conformitate praeerrectarum actionum petit iudicium.

Deliberatum est: siquidem praescriptarum in causam attractarum simplicibus negativis pro expurgatione et exculpatione nec ratione nec lege locus dari possit, sed

neque debeat, ipsae in causam attractae nullum prorsus probandae inocenciae (!) suae aducant fundamentum. procurator autem fiscalis praedictis earum negativis diversas et quidem authenticas (!) satsique convincentes inquisitiones (!) et examina torturalia legaliter oponat (!). Quorum acurate (!) consideratis gravitatibus, ipsas in causam attractas examini torturali subiciendas inveniri ac simul decerni, excepta Barbara Bogdan seu Funyachka quae usque ad peragendas praescriptarum in causam attractarum torturas hic in arresto continenda, neque secus quam ad sufficientem de non afferendo et nocendo in casum etiam illum quo sub alicuius torturandae examine revellata (!) non fuerit dimittenda decernitur. Peractis demum praescriptarum in causam attractarum torturis, finale feretur iudicium.

Gabriel Skerlec, Campi praeattacti Turopolya notarius. manu propria

Anno eodem suprascripto die vero 14. mensis Decembris in domo perillustris ac generosi Matthiae Mixich qua Universitatis nobilium Campi Turopolya substituti comitis terrestris et simul capitanei omnino in possessione Also Lukavec Campo antelato et Comitatu Zagrabiensi existente habita per eundem quem supra substitutum comitem terrestrem praesentibus eotum et ibidem generosis egregiis et nobilibus Gabriele Skerlec, praefati Campi Turopolya notario, Matthiae Gallovich, vice comite terrestri, Ioanne Gerdenich iurassore montanistico, Christophoro Svastovich, Georgio Janichich, Georgio Pogledich, Michaelae Briglevich et Ioanne Briglevich, Paulo Sostarecz, Michaelae Jagutich, Matthia Sippussich, famulo Communitatis Ioanne Chunchich, constitutis et substitutis iuratis Campi.

Reassumpta causa antellati (!) fiscalis et actoris, contra praementionatam Barbaram Bogdan Funyak dictam vellut (!) sagam et in causam attractam.

Pro suprascripto fiscali et actore: egregius Petrus Kalman cum nostris sufficienti iuridica instructus facultate reproducit superius contra eandem in causam attractam actionem, ac insuper torturale examen sub numero 7. pro informatione dumtaxat huiusce inclitae Sedis, quorum tenore de eadem in causam attracta peteret id quod iuris esset et quo super inde etiam taliter deliberatum extitisset pharagrapho tali neque secus quam ad sufficientem de non offendendo et nocendo, in casum etiam illum quo sub alicuius torturandae examine revellata (!) non fuerit, dimittendo decernitur et cum Catharina rellicta (!) Chelich etiam eandem suam complicem fassa fuisset cum qua etiam eadem in causam attracta confrontata extitisset. Peteretque uti petisset.

Deliberatum est: quandoquidem supra attacta Barbara Bogdan seu Tunyachka et in priori deliberatione non secus nec aliter dimittenda ad bonam caucionem (!) videbatur, verum si ex torturandis nulla conservandam Tunyachkam fatebitur et eandem revellaverit (!). Postquam autem eandem dixisset suam veram sociam et multorum criminum magicorum per easdem perpetratorum complicem in tortura supra scripta Czeliichiana quod et fiscalis procurator pro informatione Sedis inclitae sub numero 7. produxisset, ubi clarum constaret eandem Barbaram Funyachkam esse sagam, et cum etiam perprius communis et ulgaris(!) suspicio contra ipsam de pertractandis et exercendis magicis rebus fuisset ideo ocium eadem Barbara communi voto omnium iuratorum vocitantium, pro hocce iudicio constitutorum (iurassoribus Paulo Sostaricz castellano, Matthia Sippussich famulo Communitatis campestri, Ioanne Havidich pariter montanistico famulo Communitatis ac tandem Marco Kattusich) torturae subicienda decernitur, qua peracta finale cum aliis percipiet iudicium.

Per eundem substitutum manu propria

Anno eodem uti supra, die vero 22. mensis Decembris in eodem castello Lukavecz per me introscriptum Universitatis nobilium Campi Turopolya comitem terrestrem, praesentibus ibidem perillustribus generosis et egregiis dominis Paulo Pogledich, priori condam comite terrestri, Gabriele Skerlecz, praefati Campi notario, Ladislao Pepelich, Matthia Gallovich, vicecomite terrestri Francisco Mudich fiscali, Christoforo Svastovich, Georgio Simer.

Reassumpta praenominati fiscali et actoris contra et adversus Barbaram Tukovich Georgii Mituecz et alteram Barbaram Ioannis Bogdan aliter Funyak consortes velut sagas et in causam attractas. Siquidem superius nominatae Barbara Mungyer, Margaretha Korenika aliter Reposzeika et Barbara Rudinovich post torturam procul dubio per diabolium suffocatae de lege pro exmissis haberentur.

Pro eodem antenominato fiscali et actore egregius Petrus Kalman cum nostris, taliterque sufficienti procuratorio munere fulcitus procurator produxit earundem Barbarae Mihecz sub 5to et alterius Barbarae Funyak sub 11mo numeris torturales fassiones, ex quarum tenore de iisdem finale peteret iudicium.

Deliberatum est: productis praemissis torturalibus suprascriptarum confessationibus, earundemque gravitate ad legalem et iuridicam considerationem reducta et ammodata manifesta delicta magica et abnegationem Dei omnipotentis Salvatoris nostri per easdem sorcitam (!) comperiri. Quare tot et tantis earundem scheleribus (!) et delictis non aliud exigentibus quam easdem solita poena rogo quantumvis asperiores etiam non nullae ex iisdem prout ex examine et relatione peracta pateret (!) poenam promerite extitissent, nihil ominus (!) diuturno carcerum squalore frigrisque perpresso rigore in reflexionem sumpto, praevia suffocatione cremandas decerni.

Per me Sigismundum Skerlecz comitem terrestrem manu propria

Na poledini: Processus criminalis Barbarae Funyachkae, Ladisichkae, Mungyerkae, Reposzeikae, ac tandem Rochinovichianae die 23. mensis Novembris in arce Lukavecz anno 1733. celebratus et cum suis accessoriis annotatus.

2.7.5.1.

Tužba protiv Barbare Radinović

Prilog E:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolya fiscali et actoris, contra et adversus Barbaram N. Joannis Radinouich relictam, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et errecta (!).

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retro actis (!) eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu, simulque persvasa, abrenuntiando ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni et vero Deo suo, iuratam perprius fidem suam abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus

Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum, earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurisset (!), taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde sancitam super talis modi nefariis actibus magicis incurrere horuisset (!). Ex eo vellet antelatus fiscalis et actor, vigore articulorum Posoniensium brevis processus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevio sagam, ad revelandos complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subiici, exposit ad horribile (!) aliorum exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit, morti adiudicari. Datum Also Lukavec, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum manu propria

Na poledini: E. Originale actionis fiscalis et actoris contra et adversus Barbaram N. Joannis alias Radinouich relictam, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauec pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.5.2.

Tužba protiv Barbare Bogdan

Prilog F:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram cognomine N., consortem vero Ioannis Bogdan aliter Funich, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum, mota et errecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae ad cuius similitudinem quoque eadem in causa attracta creata esset, vilipenso preciosissimi Salvatoris nostri sanguine, pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatism fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christiana fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et convitiis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum

eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure, superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles valles et deserta volasset et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestatem, pruina et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset; consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et peccoribus (!) per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) e vivis etiam sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compulisset, persuasisset, induxissetque, denique animam et corpus infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sanctam incurrere haud formidando.

Praeterea proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem iudicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandemque videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et comissa (!) scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subiici, ex post vero ipsi .quidem in promeritam poenam, aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukauetz, die quinta mensis Novembris, anno 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum manu propria

Na poledini: F. Originale actionis fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram N., consortem vero Ioannis Bogdan aliter Funiniek, veluti modo introdenotato sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauetz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.5.3.

Tužba protiv Barbare Mander

Prilog G:

Actio generosi Matthiae Mudich qua Universitatis nobilium Campi Turopolja fiscalis et actoris contra et adversus Barbaram Mehanouich aliter Maidak conthoralem vero agilis Ioannis Mungyer velut modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum mota et errecta (!).

Qualiter nimirum annis et temporibus abhinc retroactis eadem in causam attracta nescitur quo diabolico circumventa spiritu, simulque persvasa, abrenunciando (!) ipsimet sanctissimae Trinitati, sicque uni vero et sempiterno Deo suo, iuratam per prius fidem abnegando, et infernali vexillifero diabolo sponte adhaerendo, ac ita a dogmatibus Dei et ecclesiae eiusdem recedendo, primo sigillum diaboli in contestationem sui mancipatus sibi imprimi admisisset, cohortique magorum et sagarum,

earundemque sceleratis et toti christianitati perquam nocivis operationibus adhaesisset, et ad easdem cooperante diabolo sponte vicibus vix exprimendis concurisset (!); taliterque manifestam sagam semet efficere non formidasset, neque poenam in Generali Regni Decreto passim hinc inde super talis modi nefariis actibus magicis sanctam, incurrere horuisset (!). Ex eo vellet antellatus (!) fiscalis et actor, vigore articulorum Posoniensium brevis processus super eiusmodi actibus conditorum, memoratam in causam attractam in ius et causam convenire, eandemque veluti modo praevis sagam, ad revellandos (!) complices et detegenda scelerata sua facta primo torturae subiici, exopt ad horribile (!) aliorum exemplum rogo vivam concremandam, vel prout iuri et iustitiae visum fuerit, morti adjudicari. Datum Also Lukavec, die quinta mensis Novembris, anno Domini 1733.

Na poledini: G. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Mehanouich aliter Maidak agilis vero Ioannis Mangyer conthoralem, veluti modo introserto sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukavec pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733. Per eundem substitutum. m. p.

2.7.5.4.

Tužba protiv Barbare Ladešić (Ladišić)

Prilog H:

Actio generosi Matthiae Mudich, qua inclitae nobilitatis Campi Turopolja fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Uukouich Georgii Ladessich aliter Mitucz consortem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione (!) et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem in causam attractam vero perpe-tratorum et infra uberius exponendorum mota et errecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis ac formae divinae ad cuius similitudinem quoque eadem in causa attracta creata esset, vilipenso preciosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine, pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptismatis fonte cum Creatore suo initi, tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei documenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum (Christum instituta vilipendisset, nomen Dei, B. V. Mariae, imo ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et conviciis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope per aera, montes, colles, valles et deserta volas-

set et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruinam et grandinem cum complicitibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenellis prolibus et pecoribus per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) etiam e vivis sustullisset (!), et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adegisset, compullisset, persuasisset, induxissetque, denique animam et corpus infensissimo hosti humani generis diabolo immolasset, taliterque se veram et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidando.

Praeterea proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione totiesfatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem indicium et iusticiam (!) sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revellandos (!), praevie torturae subiici, exposit vero ipsi quidem in promeritam poenam, aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari, lege Regni et communi iusticia (!) sic praecipientibus. Datum Also Lukauetz, die quinta mensis Novembris, 1733. Per me substitutum Matthiam Mixich, m. p.

Na poledini: H. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris, contra et adversus Barbaram Vukovich Georgii Ladessich aliter Mitucz consortem, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukauetz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

2.7.5.5.

Tužba protiv Margarete Baltarčić

Prilog I:

Actio generosi domini Matthiae Mudich, qua Universitatis nobilium Campi Turopolya fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Korenika, Matthiae Baltarchics aliter Reposzea consortem, veluti modalitate infrascripta sagam et in causam attractam, occasione et praetextu diversorum actuum magicorum per eandem vero in causam attractam perpetratorum et infra uberius exponendorum, mota et erecta (!).

Qualiter nimirum praementionata in causam attracta, ignoratur unde mota, quove diabolico et maligno spiritu ad id inducta et concitata, postposito Dei hominumque timore, iustitiaeque ac legum patriarum rigore, immemor imaginis et formae divinae, ad cuius similitudinem quoque eadem in causam attracta creata esset, vilipenso preciosissimi (!) Salvatoris nostri sanguine pro salute et redemptione humani generis profuso, foederisque in sacro baptizmatismis fonte cum Creatore suo inniti (!), tum anno modo currenti (!) infrascripto, cum etiam pluribus iam evolutis annis et temporibus, idque diversis locis et vicibus, relicto uno vero et sempiterno Deo, ipsum Filium Dei vivi unigenitum memorata in causam attracta abnegasset, omnia christianae fidei do-

cumenta deseruisset, sacramenta ecclesiae per ipsum Christum instituta vili pendisset (!), nomen Dei, B. V. Mariae, imo (!) ipsiusmet sanctissimae Trinitatis ac sanctorum Dei blasfemiis et conviciis horrendis sprevisset, talisque Salvatori suo rebelis (!) facta fuisset, nomen suum demoni inscripsisset, eidemque perpetuam fidem suam iurasset, imo (!) et ad contestandam eidem fidelitatem sigillum diabolicum corpori suo imponi admisisset, sicque demoni perpetuum vasalogium praestitisset, saepius quoque cum eodem demone carnaliter convixisset, imo (!) cum aliis complicibus suis ad eiusdem detestantis sceleris reis sibi peroptime notis, ac suo loco, tempore et via iure superinde conveniendis, adhibita demonis ope, per aera, montes, colles, valles et deserta vollasset (!) et ambulasset, eiusmodique diabolica arte tempestates, pruina et grandinem cum complicibus suis confecisset, fructus terrae mandatos absumpsisset, taliterque modalitate homines necessariis vitae mediis privasset, consortia, ludos, congregationes diabolicas, aliarumque sagarum frequentasset, praeterea pluribus hominibus, tenelis (!) prolibus et peccoribus (!) per eiusmodi diabolicam artem et infascinationes nocuisset, quin imo (!) e vivis etiam sustulisset, et ne fors plures complices suas sagas ad eandem exercendam professionem et scelus practicandum adigisset, compulisset, persuasisset, induxissetque, denique animam et corpus infensissimo humani generis hosti diabolo immolasset, taliterque se veram, et manifestam sagam eadem in causam attracta effecisset, poenam lege divina et humana superinde sancitam incurrere haud formidando.

Praeterea proinde mentionatus fiscalis et actor, vigore Generalis Regni Decreti, aliarumque legum super eiusmodi atrocibus delictis statutarum, praevia legitima certificatione toties fatam in causam attractam in ius et causam convenire, ac de eadem indicium et iustitiam sibi impendi, eandem videlicet in causam attractam ad detegenda plura alia similia per eandem perpetrata et commissa scelera, pluresque complices revellandos (!), praevisse torturae subiici, ex post vero ipsi quidem in promeritam poenam, aliis vero horribile (!) in exemplum vivam rogo concremandam, vel prout iuri visum fuerit morti adiudicari lege Regni et communi iustitia sic praecipientibus. Datum Also Lukaecz, die quinta mensis Novembris 1733.

Per me Matthiam Mixich, substitutum manu propria

Na poledini: I. Originale actionis introscripti fiscalis et actoris, contra et adversus Margaretham Korenika Mattiae Bartolchich aliter Reposzea consortem, veluti modo introscripto sagam et in causam attractam. Terminus praefixus in castello Lukaecz pro die 23. modo currentis mensis Novembris 1733.

Per eundem substitutum m. p.

2.7.5.6.

Istraga protiv Margarete Baltarčić

Prilog br.5:

Anno Domini 1733. die 9. mensis Octobris, in domo nobilis Pauli Kooz, famuli Communitatis nobilium de Verhovje, possessione Dragonoscz, iurisdictione Campi Turopolya et Comitatu Zagrabieni existente et erecta, facta est per me infrascriptum (vigore commissionis perillustris ac generosi domini Matthyae Mixich, praelibati

Campi substituti comitis terrestris, ad legitimam (!) vero requisitionem egregii Matthiae Mudich, praeinserti Campi fiscalis, contra et adversus Margaretham Korenika, Matthaei Reposzeja conthoralem, occasione (!) actuum magicorum per eandem perpetratorum) infrascripta inquisitio modo sequenti (!).

Primus in ordine testis nobilis Ioannes Bartholchich ex possessione Liphnicza, annorum circiter 56., adiuratus, examinatus, fassus et attestatus est scitu, da lanjszku ieszen o Mathjevszkeh kvatrah, dosli szu konji szuedoka na gore napiszane Reposzeike kossevinu, i Reposzeikinina szuedokovu, kai videvssi Reposzeika, posla ie, da hoche zapreti szvedokove konje. Onda szvedok Reposzekine pognal ie. Videvssi tho sena szuedoka, rekla ie: "Alla hala kai mi vrag zaudaies truda". Na tho dosla ie Reposzeika blise i rekla ie sene szuedoka: "Da bih vragom posztala thi magaricza hoches do treti den zaglaviti i popu dukath dati"; zatem onu vecher sena szuedoka zdrava buduch ie obetesela i do treti dan vumerla. Nadalie poueda szuedok, da letosz okolu Kriseva, decza szuszczka molila szu letanje kak szu patri missionariussi nauchili, koie chula ie imenuvana Reposzeika, rekla ie: "Kai ona decza tepu, ona koinszkoga boga mole", vu koie vreme szuedok od kleti szvoie ie issel, i chul ie szpomenutu Reposzeiku, da ie decze gore napiszane rechi rekla.

Secundus in ordine testis, nobilis Matthaeus Bartholchich ex possessione praeattacta Liphnicza, annorum circiter 35, adiuratus, examinatus, fassus et attestatus est scitu, da ie szuedok chul imenuvanu Reposzeiku govorech, kada ie pervoga szvedoka sena betesna buduch possiljala po Reposzeiku, da bih k nje dosla, na koie rechi rekla ie Reposzeika: "Bogme neidem, nai sze pari, nai ide kam ie zaslusila."

Tertius testis nobilis Ioannes Haudich ex possessione Gornji Dragonosczi, annorum circiter 40, adiuratus, examinatus, fassus et attestatus est auditu, da kai goder szuedok pametiti more vszigdar obchinszki glasz ie bil, da gore napiszana Reposzeika ie czopernicza; poveda takaisze, da ie iednoch iednu vranu vu iutro rano bil vsztrelil i on den na deszni kraj ie bil szvedok odnemogel i kervh na nosz i na zube tochil, potlam na vredom szuedoka brath i sztrichevem zethom Jankom Koszichem pri Reposzeike sival, koj dva szpominali sze ieszu z imenuvanum Reposzeikum za betesnega szuedoka, ar je tri tjedne lesal, koia Reposzeika rekla ie pred bratthom szuedoka i paidassem njegovem: "On ie norcz koi sze vszake vrane hitha. Negda szu Kathani chez goru jahali, ter takove vrane nieden ni rechi ne odgovoril onda ie szama vpornula. Datum ut supra.

Per me Georgium Szmendrovich, praelibati Campi iuratum. Idem m. p.

Na poledini: 5. Inquisitio contra Margaretham Korenika, Matthaei Reposzeja consortem, velut sagam in anno 1755. collecta.

2.7.5.7.

Istraga protiv Barbare Ladišić

Prilog br.6:

Anno Domini 1733. die 22. mensis Novembris in curia nobilitari Also Lukauecz, perillustris ac generosi domini Matthiae Mixich, nobilium Campi Turopolja capitanei et in possessione eadem, iurisdictione praelibati Campi et Comitatu Zagrabiansi

existente et erecta (!), facta est per me infrascriptum, vigore comissionis verbalis perillustris ac generosi domini Georgii Pogledich praelibati Campi comitis terrestres, pro parte et ad legitimam requisitionem egregii Matthiae Mudich praeinserti Campi fiscalis, contra Barbaram Vutiarich, Georgii Ladissich consortem, occasione (!) actuum magicorum, infrascripta inquisitio modo sequenti (!).

Primus in ordine testis providus Paulus Borkovich, homo et subditus perillustris ac generosi domini Sigismundi Skerlecz ex possessione Lukavecz, annorum circiter 46., adiuratus, examinatus, fassus est scitu: "Da okolu deszeth leth ba Lukavczu iesze nasztanil i naiblisni szuszed ie gore napiszane Ledissichke, i vnogo krath upameth uzal, da kadaszu Lukavechke (in causam attracta) krave na passu i iz passe isle, unogo krath vu Ladissichkino dvorishe videl ie szvedok, da szu sze zavrachale, i onde vu dvorischu jako mukale i vech krath neszu hotele oditi, dokle ni Ladissichka na van szama negda, negda passtiri izegnali. Odkud szvedok i drugi szuszedi ieszu sze na niu szumljili, da ie czopernicza. I tho szvedok zaznal ie, da on i drugi neszu ie szmeli banthuvati niti ie sze zameriti. Chul ie pako tusech sze na isztku Ladissichku, Kathu Mihalia Ivankovicha senu, da Ladissichka vech puthi nad niu vu jave dohaja.

Secunda in ordine testis provida Catharina Michaelis Ivankovich consors subditi mentionati domini capitanei, ex possessione eadem Lukauecz, annorum circiter 25., adiurata, examinata, fassa et attestata est scitu, da vu imenovano szello pred okolu chetiremi lethmi za musa ie dosla i blisnia szuszeda szpomenute Ladissichke da ie; nadalje poveda, da pred duemi lethmi na protuletie kadaszu liudi kukuruzu szadili zaslala ie bila szvedok k imenuvane Ladissichke kudeljju prezech, kade chasza bila ie, i onde taki pri Ladissicke (koia lesala ie vu ono vreme betesna) szvedoku tesko ie doslo, i onak domom ie odisla; doma na postelju legla, onde sztrina polag szvedoka szela ie, i taki za szvedokom imenuvana Ladissichka golla z iednem velikem noseem ie dosla, koju szvedok poveda, da vidgjenem zakonom videla ie, i szvedoku Ladissichka govorela ie: "Nu ia tebe hochu umoriti i moram te dati"; szvedok sztrine szedeche popala sze ie, koie sztrina ie rekla: "Dasze neboj", i onak szve do nochi nad szvedokom Ladissichka ie bila, szvedoka sztrina i domaci szvetom vodom ieszu skropili. Ladissichka pred njum sztoiecha govorela ie: "Nedai sze thima, Katho, sztem skropiti, tho ne szveta voda, tho ie szech." Drugi den Ladissichka nad szvedoka dosla ie, i zvala ju, da bih nje isla za Majczicu nekam na goru, govorechi: "Tebe bude lepo, thi budes uszega imela, kakthi i ja imam, nekaj moj goszpodar i drusina za tho ne znaju". Koja Ladissichka lepo opraua ie sze szvedoku videla; kakthi iedna goszpa. Zathem drugi den Ladissichka szvedoku pol pechenoga psza ie doneszla, govorechi: "Tech, ovo ie praszcza kai szem neviolna, ter szem sziz doma zaklala." Szvedok poveda da ie rekla, da neche ieszthi, tho ie pesz ar vu pethek poveda, da ie bilo, vu koje nevolje szvedok messecz dan ie lesala, a Ladissichka vszaki den k szvedoka ie dohajala i seszth kojn chereh dovajala, nagovarjajuch, da bih na njih iahala, poslam, kada ie videla Ladissichka, da szvedok plomitisze neda, onda zonemi konj szvedoka zachela gaziti, tak da ie vsza cherna bila, i vech krath na nje prsziz szela, a vu pokrake noge ie szvedoku upirala, da bih milosche Boszej Maike Bosje velike ne bilo, szvedoka Ladissichka umorila bih bila; zathem szvedoka goszponu ie nje goszpodar povedal, koj goszpon Ladissichke ie sze zagrozil i poslam ne banthe od nje szvedok nigdar imela, med koiem vremenom szvedok ie ste zagovarjala k szvethoga Troiszthva czirkve Szvethe Nedelje i k Maike Bosje na Volavje, i zathem Ladissichka k szvedoku dosla ie i onde blaznoszth szuproti

szvethomu Troisztvu govorila, koie na szmethi niti piszati niti izgovoriti i onoga druga szvedok ie valovala, kak vu onom meszecu dnevu Ladissichka ie za njum hodila. Datum ut supra.

Per me Georgium Szmendrovich praelibati Campi iuratum. Idem manu propria

Na poledini: 6-to. Inquisitio contra Barbaram Vukovich Georgii Ladisich consortem

HR-HDA-49, Plemenita općina Turopolje, kut.103., fasc.8.br.9.